ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ

ΑΠΑΝΤΑ.

CLAVDII GALENI

OPERA OMNIA.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

TOM. XVII. PARS I.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1828.

MEDICORVM GRAECORVM

OPERA

QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.



VOL. XVII. PARS I.

CONTINENS

CLAVDII GALENI T. XVII.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1828.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ Α. ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Α.

Ed. Chart. IX. [1. 2.] Ed. Baf. V. (344.)

Γαληνοῦ Προοίμιον. Οὐκ ἐν τούτῳ μὲν βιβλίῳ Ἱπποκράτης Κῶος περὶ τῶν νόσων ἑκάστῃ τῇ χώρᾳ οἰκείων ἄγειν καθέστηκε, καθάπερ δὴ ἄλλοτέ ποτε· ὅτι ὁ καθόλου αὐτοῦ λόγος ἦ περὶ νόσων τῶν ἐπιδημιῶν καλουμένων, τουτέστι τῶν κατὰ δήμους κατασκηπτόντων, αἱ [2] ἀπὸ τῶν ἐπιδημιῶν οὕτω διαφέρουσαι, ὅτι αἱ μὲν κατά τι-

HIPPOCRATIS EPIDEM. I. ET GALENI IN ILLUM COMMENTARIUS I.

Praefatio Galeni. Non hoc quidem libro Hippocrates Cous de propriis cujusque regionis morbis agere instituit, ficuti sane alias nonnunquam, quod universa ipsius oratio de morbis habeatur qui epidemii, hoc est populatim grassantes nominantur, qui a vernaculis sic differunt, quod illi quidem per aliquod tempus quandam

να χρόνον τινὰ χώραν διαβαίνουσιν· αἱ δὲ τοῖς οἰκήτορσιν ὥσπερ συγγενεῖς διὰ παντὸς ἕπωνται. ἐν τῷ γοῦν βιβλίῳ περὶ ἀέρων καὶ τόπων καὶ ὑδάτων ἔδημα τὰ νοσήματα διδάσκει τὰ διὰ τῶν οἰκημάτων ἑκάστων προσγινόμεα. ἐν τούτῳ δὲ τὰ νοσήματα ἐπιδήμια τὰ κατά τινα χρόνον πανδημεὶ τὰς πόλεις ἢ τὰς γενετὰς ἁπάσας ἐπιχειροῦντα. ταῦτα δὲ ἄμφω τῶν νοσημάτων γένη πάγκοινά τε καὶ πάνδημα ὀνομάζειν εἴωθεν· λοιπὰ δὲ πάντα σποραδικὰ, τὰ δή που μὴ κοινῶς πολλοὺς, ἀλλ' ἕκαστον ἰδίᾳ καταλαμβάνει. πολλάκις γὰρ οἱ Ἕλληνες τὸ σπείρειν ἀντὶ τοῦ διασπείρειν καὶ ὑπ' ἀλλήλων διαχωρίζειν ἔλαβον, καὶ κατὰ τοῦτον τρόπον Θουκυδίδης περὶ τῶν νεανίσκων· ἦρος δὲ ἄλλοι ἐν τῷ ἄλλῳ τῆς πόλεως μέρει σποραδικοὶ ἀπολώλασι· τούτων δὲ νοσημάτων ὡς ἡ γένεσις, οὕτω καὶ αἰτία κοινή ἐστι. ὅταν δὲ τρεῖς ὦσιν αἰτίαι ἀφ' ὧν τὰ νοσήματα γίνεται, μία μὲν τοῖς προσφερομένοις ἔνεστι, δευτέρα δὲ τοῖς πραττομένοις, τρίτη δὲ τοῖς ἔξωθεν ἐμπίπτουσι. ἀπὸ τοῦ μὲν ἑκάστου κοινὰ τὰ νοσήματα γίνεσθαι εἴωθεν καὶ μάλιστα ἀπὸ τῆς

regionem pervadant, hi vero incolas tanquam cognati nullo non tempore comitentur. Itaque libro de aëre, locis et aquis vernaculos morbos docet, qui per ſingulas habitationes oboriantur. Hoc autem libro morbos epidemios, qui per aliquod tempus paſſim vel civitates vel nationes univerſas adoriantur. Haec autem duo morborum genera tum communia tum paſſim graſſantia nuncupare conſuevit. Cetera vero omnia diſperſa, quae ſcilicet non communiter multos, ſed ſeorſum quemque prehendunt. Nam ſaepius Graeci *σπείρειν* pro diſpergere et ab invicem ſeparare uſurparunt, eoque modo Thucydides de juvenibus ait: vere autem alii in alia civitatis parte diſperſi perierunt. Horum autem morborum ut generatio ita et cauſa communis. Quum autem tres cauſae ſint a quibus oboriuntur morbi, una quidem iis quae efferuntur, altera iis quae fiunt, tertia iis quae extrinſecus incidunt. A ſingulis ſane communes morbi fieri conſuevere, ac potiſ-

Ed. Chart. IX. [2.] Ed. Bas. V. (344.)

ἀέρος ἡμᾶς περιέχοντος καταστάσεως. οὐ γὰρ τὰ πλεῖστα συμβαίνει ἐκ τῶν προσενεχθέντων σιτίων τὸ κοινὸν νόσημα τὴν πόλεα ἢ χώραν ἢ στρατὸν διαβαίνειν, ὥσπερ μήτ' ἐκ τῶν κοινῶν πραγμάτων τε καὶ πονημάτων περιεχόμενος ἡμᾶς ἀὴρ, εἰ ἀμετρότερον θερμαίνηται ἢ καταψύχηται ἢ ὑγραίνηται ἢ ξηραίνηται τὴν σωμάτων συμμετρίαν τὴν οὖσαν ὑγιείαν διαταράττει καὶ στρέβλει καὶ ἀνατρέπει. ταῖς γὰρ ἄλλαις αἰτίαις μήθ' ὁμοῦ πάντες ἀντιάζομεν μήθ' ἡμέραν ὁλόκληρον ὑποκείμεθα, ἀλλὰ μόνος ἀὴρ ἅπαντας περιέχει καὶ ἀπὸ πάντων εἰσπνεῖται. γίνεσθαι γὰρ ἀδύνατον ὅτι μὴ τὰς τῶν ζώων σωμάτων εὐκρασίας μετὰ τῆς αὐτοῦ μεταβολῆς διατίθεσθαι καὶ μεταβάλλεσθαι. καὶ διὰ ταῦτα καθάπερ αὐτὸς διδάσκει ὁ Ἱπποκράτης. ἦρος μὲν τῆς ὥρας εὐκραιοτάτης οὔσης αἷμα τῶν χυμῶν εὐκρατότατος ὢν εὐπορεῖ καὶ αὔξάνεται. χειμῶνος δὲ τῆς ψυχροτάτης ὥρας οὔσης τὸ φλέγμα ψυχρότατος ὁ χυμὸς ὢν, ὥσπερ καὶ τοῦ θέρους τῆς ὥρας θερμοτάτης χυμὸς θερμότατος ἡ χολὴ ξανθή· τοῦ δὲ φθινοπώρου τῆς ὥρας ξηροτάτης μέλαινα χολὴ ἡ πλείστη

ſimum ab aëris nos ambientis ſtatu. Non enim plerumque accidit per ingeſtos cibos morbum communem civitatem aut regionem aut exercitum pervadere, ut neque per communes tum occupationes tum labores ambiens nos aër ſi immoderatius calefiat aut frigeat aut humeſcat aut ſicceſcat corporum ſymmetriam, quae ſanitas eſt, interturbat, depravat, evertit. Aliis enim cauſis neque ſimul omnes occurrimus, neque diem integrum ſubjicimur, ſed aër ſolus foris omnes ambit, atque ab omnibus inſpiratur. Fieri ſiquidem non poteſt quin corporum animantium temperamenta cum ejus permutatione afficiantur. Atque propterea, ut ipſe docet Hippocrates: *Vere quidem temperatiſſima tempeſtate ſanguis humorum temperatiſſimus abundat augeſcitque, hieme tempeſtate frigidiſſima, pituita humor frigidiſſimus, quemadmodum et aeſtate tempeſtate calidiſſima, calidiſſimus humor flava bilis, autumno denique ſicca tempeſtate bilis atra quae tum plurima tum vehementiſſima eſt*, peruſtis per aeſtatem duobus humori-

τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστὶ, κατωπτηθέντων ἐν τῷ θέρει δυοῖν χυμοῖν τοῦ αἵματος καὶ τῆς χολῆς ξανθῆς καὶ τῆς ὠχρᾶς καλουμένης. οὕτω τὸ λοιπὸν καὶ τὰ νοσήματα κατὰ τὴν τῆς ἑκάστης ὥρας ἀναλογίαν προσγίνεται, ἃ μετὰ τῆς πλεονάζοντος χυμοῦ φύσεως τὴν ὁμοιότητα διαλαγχάνει. εἰ δὲ κατὰ τὰς εἰρημένων ὡρῶν προσηγορίας εἰρημένοι χυμοὶ γεννάωνται, μήποτε δήπου γίνηται ὡς ἀπὸ τῆς σφετέρας εὐκρασίας ποτὲ νοθευόμενοι τοὺς ἄλλους διεργάζοντας. διότι δὲ ἑκάστη ὥρα κατὰ λόγον τῆς σφετέρας εὐκρασίας, ἀλλὰ μὴ ὀνόματος ἕνεκα τοὺς προειρημένους χυμοὺς αὔξει, ὅταν ἡ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος εὐκρασία μεταλαμβάνεται, τοὺς δὲ χυμοὺς μεταλαμβάνεσθαι ἐπάναγκές ἐστιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς αὐτὸς ἔλεγε. ἐν τῇσιν ὥρῃσιν ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρας ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος γίγνηται, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι χρή. ὥσπερ οὖν καθ' ἑκάστας ὥρας ἰδίαν εὐκρασίαν φυλάττουσας κατὰ τὸν σφετερῶν φύσεων λόγον ἐκτίζετο τὰ νοσήματα, οὕτως εἰ παρὰ φύσιν αὗται μεταλαμβάνωνται, εἰς τὸν καταστάσεως ζῆλον τὰ νοσήματα γενήσεται. διὰ τί

bus, ſanguine et bile flava, quae et pallida nominatur. Sic demum etiam morbi pro ratione uniuscujusque tempeſtatis oboriuntur, qui cum humoris exuberantis natura ſimilitudinem ſortiuntur. Ac ſi per dictarum tempeſtatum appellationes dicti humores procrearentur, nunquam utique fieret ut a ſua temperie aliquando degenerantes alios producerent. Quia vero unaquaeque tempeſtas pro ſui temperamenti ratione, non autem propter nomen, praedictos humores auget, quum ambientis nos aëris temperies permutatur, humores quoque permutari neceſſe eſt, quemadmodum in aphorismis ipſe pernunciabat: *Quum per anni tempeſtates eodem die modo calor, modo frigus oboriatur, autumnales morbi exſpectandi ſunt.* Quemadmodum autem ſingulis tempeſtatibus propriam temperaturam ſervantibus pro ſuarum naturarum ratione morbi creabantur, ita ſi praeter naturam permutentur, ad conſtitutionis aemulationem morbi fient. Cur igitur in unaqua-

γοῦν καθ᾽ ἑκάστην ὥραν μὴ πάντες οὐχ ὑπὸ τῆς μιᾶς καὶ αὐτῆς νόσου ἐπιλαμβάνονται; διότι μὴ ὀλίγον διαφέρουσι καὶ ταῖς οἰκείαις φύσεσι καὶ ταῖς ἡλικίαις καὶ τοῖς διαιτήμασι. τοιγαροῦν ὁ μὲν ῥαδίως [3] τῇ τῆς συστάσεως παρούσης ὥρας κακουργίου ὑπερχωρήσει, ὁ δὲ σφόδρα προσπαλαίσει, ἄλλος δὲ μηδαμῶς πάντῃ βλαφθήσεται, ἄλλος ὅλως πονηροῦ τοῦ διαιτήματος ἕνεκα πρότερον ἢ τὴν τῆς ὥρας βλάβην αἰσθάνηται ὑπὸ τῆς νόσου καταλήψεται. ὥσπερ γὰρ ὅταν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἐβλάπτετο ὑπὸ τοιούτου νοσήματος διετίθετο ὁ τῇ ἐκείνου κράσει ἀναλογῇ, οὕτω γενήσεται ὡς ἁμαρτήματος ἕνεκα νοσέῃ τοῦ ἐν τῇ διαιτητικῇ παρανομουμένου. ταῦτα γοῦν πᾶς τις ἔγνων, μὴ (345) μόνον προγνώσεται τὰς γινομένας νόσους ἑκάστῃ τῶν καταστάσεων, ἀλλὰ καὶ κωλύσει γενέσθαι ταῖς τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀμέτροις καταστάσεσι τὴν ἐναντίαν ἐπιτεχνώμενος δίαιταν. εὔδηλον γὰρ ὡς εἴπερ εὐκρασία τῶν πρώτων ἐστὶν ἡ ὑγεία, διαφθαρήσεται μὲν ὑπὸ τῆς τοῦ περιέχοντος δυσκρασίας, φυλαχθήσεται δ᾽ ὑπὸ τῆς κατὰ

que tempeftate non omnes uno et eodem morbo corripiuntur? Quoniam fane non parum diffident et per connatas naturas et per aetates nec non per vivendi formas. Quocirca hic quidem facile cedet malitiae temperaturae praefentis tempeftatis, alius vero magnopere obluctabitur, alius autem nequaquam prorfus laedetur, alius denique prava vivendi ratione prius quam tempeftatis fentiat laefionem morbo occupabitur. Nam ut quum ab ambiente laedebatur, tali morbo capiebatur qui illius temperamento refponderet, ita fiet ut pro delicti ratione aegrotet quod in vivendi forma committitur. Haec igitur quicunque novit, non folum qui in unoquoque coeli ftatu morbi oboriuntur eos praenofcet, verum etiam eos procreari (victum incommoderatis circumftantis nos aëris conftitutionibus contrarium arte machinatus) prohibebit. Si namque proba primorum corporum temperies fit fanitas, quod eam quidem ambientis intemperies labefactura fit, fervatura vero contraria vivendi

τὴν δίαιταν ἐναντιώσεως. κακῶς οὖν ὁ Κόϊντος ἐξηγεῖται καὶ ταῦτα τὰ βιβλία καὶ τὰ τῶν ἀφορισμῶν, ἐν οἷς ὧδέ πως ἔγραψε. περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τοῦ θέρους πυρετοὺς ὀξεῖς καὶ ὀφθαλμίας καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι. τῇ πείρᾳ γὰρ μόνῃ τοῦτο ἐγνῶσθαί φησιν ὁ Κόϊντος ἄνευ τοῦ κατὰ τὴν αἰτίαν λογισμοῦ. πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦθ᾽ ἁμαρτάνων, ὅτι τὰς αἰτίας ὧν εἶπε κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς τούτους ὁ Ἱπποκράτης, αὐτὸς αὖθις ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων ἔγραψεν· εἶθ᾽ ὅτι τὸ χρήσιμον μέρος τῆς διδασκαλίας ὑπερέβαινεν. ἀρεταὶ μὲν γάρ εἰσιν ἐξηγητῶν δύο αὗται, τό τε τὴν γνώμην φυλάττειν τοῦ συγγράμματος καὶ τὸ τὰ χρήσιμα διδάσκειν τοὺς ἀναγνωσομένους αὐτοῖ τὰ ὑπομνήματα, διέφθειρε δὲ ἀμφοτέρας ὁ Κόϊντος ἐν τῷ μὴ συνάπτειν τῇ καταστάσει τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος τὰ πλεονάσαντα νοσήματα, συνάπτεσθαι μὲν αὐτὰ βουλομένου τοῦ Ἱπποκράτους αὐτοῦ, προγνῶναι δ᾽ ἐσόμενα καὶ κωλῦσαι συνιστάμενα καὶ ἰᾶσθαι γενόμενα μὴ δυνησομένων ἡμῶν, ἄνευ τοῦ γνῶναι τὴν γενομένην ἐν τῷ σώματι ἡμῶν διάθεσιν

ratio patet omnibus. Quocirca Quintus male tum hos tum aphorismorum libros interpretatur, in quibus hoc modo ſcripſit Hippocrates: *Inter anni tempeſtates, ſi hiems ſicca quidem et borealis fuerit, ver autem pluvium et auſtrinum, febres acutas, lippitudines, dyſenterias, ad aeſtatem oboriri neceſſe eſt*, nempe ſola experientia id cognitum eſſe ait Quintus citra cauſae rationem. Primum quidem eo ipſo peccat, quod eorum * * ſcripſerit, deinde quod utilem doctrinae partem praetermiſerit. Nam interpretum haec duo ſunt officia, alterum libri ſenſum tueri, alterum lecturos libri commentarios utilia docere. Munus utrumque Quintus labefactavit, dum exuberantes morbos cum ambientis nos aëris ſtatu non conjungit, quum eos ipſe Hippocrates conjungi velit, quum nos neque futuros morbos praevidere, neque oborientes prohibere, neque obortos curare valeamus, niſi affectionem corporibus

ἐκ τῆς δυσκρασίας τοῦ περιέχοντος. οὕτως γὰρ καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν καταστάσεων παραλελειμμένων τὰς δυνάμεις αὐτοὶ ἐξευρίσκειν δυνησόμεθα. ὅστις οὖν βούλεται μεγάλως εἰς τὴν τέχνην ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἐπιδημιῶν ὠφεληθῆναι, προαναγνῶναι τοῦτον βέλτιόν ἐστι τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ τὸ περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων, ἔτι τῶν ἀφορισμῶν ἐκείνους, ἐν οἷς περὶ τῶν ὡρῶν διέρχεται καὶ τὰς δυνάμεις διδάσκει τῶν ψυχρῶν καὶ θερμῶν καὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν καταστάσεων. ἀναγκαῖον δέ ἐστι πρὸς τοῖς εἰρημένοις αὐτὸ τὸ προγνωστικὸν ἀνεγνωκέναι. οἷς γὰρ ἐδίδαξεν ἐν οἷς εἴρηκα βιβλίοις ἀκολουθεῖ τὰ κατὰ τῶν ἐπιδημιῶν γεγραμμένα, πρῶτον μὲν ὅτι θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ συμμετρία τίς ἐστι τῶν πρώτων σωμάτων ἡ ὑγεία· δεύτερον δὲ, ὅτι τὸ μὲν ἔαρ εὐκρατότατόν ἐστιν, ὅταν γε τὴν οἰκείαν κρᾶσιν φυλάττῃ καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἐν αὐτῷ πλεονάζει τὸ αἷμα, καθάπερ γε καὶ τὸ θέρος θερμότερον καὶ ξηρότερον τοῦ προσήκοντος, ὁ χειμὼν ὑγρότερος καὶ ψυχρότερος· ἀνώμαλον δὲ

noftris ab ambientis illatam intemperie cognoverimus. Ita namque ceterorum omnium ftatuum praetermifforum facultates ipfi comperire valebimus. Quamobrem quicunque ex epidemiorum lectionibus ad artem juvari vehementer defiderat, fatius eft ipfum tum librum de hominis natura tum librum de aëre, locis et aquis praelegiffe, illos etiamnum aphorismorum libros, in quibus de anni tempeftatibus differit, et frigidorum, calidorum, ficcorum et humidorum ftatuum facultates docet. His proditis addimus neceffarium quoque effe ipfum opus prognoftici evolviffe. Nam quae in his quos protuli libris docuit, ea in epidemiis confcripta confequuntur. Primum quidem quod calidi, frigidi, ficci et humidi fymmetria quaedam primorum corporum fit fanitas. Secundum quod ver temperatiffimum fit ubi propriam temperaturam fervaverit, ob idque in eo exuberat fanguis, quemadmodum et aeftas quam deceat calidior et ficcior et hiems humidior et frigidior; atque inaequalis temperamento autumnus in quo ficcum

τῇ κράσει τὸ φθινόπωρον, ἐπικρατούμενον ὑπὸ τοῦ ξηροῦ τε καὶ ψυχροῦ καὶ ὅτι πλεονάζει καθ' ἕκαστον αὐτῶν εἷς τις χυμὸς, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον. ἐπὶ τούτοις τρίτον τε καὶ τέταρτον ἐν ἐκείνοις τοῖς βιβλίοις ἐδιδάχθη, κατὰ μὲν τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, τῶν ἐπιδημιῶν νοσημάτων αἴτιον εἶναι τὸ περιέχον, ἐν δὲ τῷ προγνωστικῷ τῶν σημείων, δι' ὧν αἱ προγνώσεις γίνονται, ἥτις ἑκάστου δύναμίς ἐστι κατά τε ποιότητα καὶ [4] μέγεθος. ἀξιῶ δέ σε τὸν ἀναγνωσόμενον τὴν προκειμένην πραγματείαν ὧν διῆλθον ἁπάντων πρόχειρον ἔχειν τὴν μνήμην, ἵνα τοῖς ὑφ' ἡμῶν λεχθησομένοις, ἀκολουθῇς ἑτοιμότερον. ἁπάντων δὲ μάλιστα τὸ περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων ἀνεγνωκέναι σε βούλομαι, ὅπως ἴδῃς ἐν οἷς Ἱπποκράτης αὐτὸς ἔγραψε καὶ πιστώσωμαι τὰ γένη τῶν νοσημάτων ὧν δεῆλθον Ἱπποκράτει διῃρημένων οὕτως, αἴτιόν γε τὸν ἀέρα ἐπιδημίων νοσημάτων ἀποφαινομένῳ. κατὰ μὲν γὰρ τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου ταυτὶ γράφει· αἱ δὲ νοῦσοι γίγνονται αἱ μὲν ἀπὸ διαιτημάτων, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ ἐσαγόμενοι ζῶμεν. τὴν δὲ διά-

et frigidum evincant. Quod etiam in ipfis fingulis unus quidem humor abundat, ut paulo ante dixi. Ab his tum tertium tum quartum illis in libris declarata funt, in libro quidem de hominis natura ambientem aërem morborum epidemiorum caufam effe, in prognoftico vero quae fint fingulorum fignorum vires quibus praenotiones tum in qualitate tum magnitudine fiunt. At te qui praefentem tractatum lecturus fis, promptam omnium quae differui memoriam habere volo, ut facilius quae a nobis dicentur confequi valeas. Omnium vero maxime librum de aëre, locis et aquis te legiffe velim, ut agnofcas in quibus ipfe Hippocrates fcripfit et fum probaturus morborum genera quae ab Hippocrate fic diftincta percurri, qui morborum epidemiorum caufam aërem effe pronunciat. Is fiquidem libro de hominis natura haec fcribit: *Morbi autem oriuntur alii quidem a victu, alii vero a fpiritu, quem introducentes vivimus.* At utrorumque di-

γνωσιν ἑκατέρων ὧδε χρὴ ποιέεσθαι. ὁκόταν μὲν ὑπὸ ἑνὸς νοσήματος πολλοὶ ἄνθρωποι ἁλίσκωνται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, τὴν αἰτίην χρὴ ἀνατιθέναι τουτέῳ, ὅ τι ἂν κοινότατόν ἐστι καὶ μάλιστα αὐτέῳ πάντες χρεόμεθα. ἔστι δὲ τοῦτο ὃ ἀναπνέομεν. φανερὸν γὰρ δὴ ὅτι τὰ διαιτήματα ἑκάστου ἡμέων οὐκ αἴτιά ἐστιν ὧν τότε ἅπτεται ἡ νοῦσος πάντων ἑξῆς καὶ τῶν νεωτέρων καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν ὁμοίως καὶ τῶν θωρησσομένων καὶ τῶν ὑδροποτεόντων καὶ τῶν μᾶζαν ἐσθιόντων καὶ τῶν ἄρτον σιτεόντων καὶ τῶν ὀλίγα ταλαιπωρεόντων καὶ τῶν πολλὰ καμνόντων, οὐκ ἂν οὖν τὰ διαιτήματα αἴτια εἴη γε, ὁκόταν διαιτώμενοι πάντας τρόπους οἱ ἄνθρωποι ἁλίσκονται ὑπὸ τῆς αὐτέης νούσου. ὁκόταν δὲ αἱ νοῦσοι γίνονται παντοδαπαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, δηλονότι τὰ διαιτήματα αἴτιά ἐστιν ἕκαστα ἑκάστοισιν. ἐν ταύτῃ τῇ ῥήσει πάντων τῶν ἐπιδημιῶν εἶναί φησι τὴν κατάστασιν, ἀλλὰ οὐ τὴν δίαιταν αἰτίαν. δύναται δὲ ἄν ποτε καὶ ὕδατος μοχθηροῦ πόσις ἐργάσασθαι πάγκοινον νόση- (346) μα. καὶ ἱστορεῖται καὶ

gnotio ita efficienda eſt. Quum multi homines uno morbo eodem tempore corripiuntur, in id quod communiſſimum eſt et quod potiſſimum omnes utimur, accepta cauſa rejicienda eſt. Quod autem reſpiramus id exiſtit. Conſtat ſiquidem victum cujusque noſtrum cauſam non eſſe, quum ſerie omnes tum juvenes tum ſenes tum mulieres tum viros peraeque invadat, tum juvenes, tum ſenes, vini potores et aquae bibaces, tam eos qui mazam eſitant quam qui pane victitant, tam eos qui modice laborant quam qui magnopere labores ferunt. Quum itaque homines omnibus modis viventes eodem morbo corripiantur, nequaquam cauſa fuerit victus ratio. Quum vero eodem tempore diverſi generis morbi oriuntur, ſua ſane cuique vivendi ratio cauſa eſt. Hoc textu coeli ſtatum omnium epidemiorum morborum cauſam eſſe, ſed non victus rationem pronunciat. Poteſt interdum quoque pravae aquae potus morbum omnibus communem efficere idque in

τοῦτο γεγονὸς ἐπὶ στρατοπέδου, ὥσπερ γε καὶ διὰ τὴν τοῦ χωρίου φύσιν ἔνθα πάντες ἐν ἑνὶ χωρίῳ στρατοπεδευόμενοι διετέλεσαν. ἐνίοτε δὲ ἐκ βαράθρων τῶν καλουμένων χαρωνείων πνευμάτων πλεοναζόντων. ταῦτα μὲν οὖν τῷ βλάπτειν τὸν ἀέρα καὶ τὰς νόσους ἐργάζεται καὶ εἴη ἂν ἐν τῷ προγεγραμμένῳ λόγῳ περιεχόμενα. τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων καὶ πομάτων σπάνιά τέ ἐστι καὶ γνωσθῆναι ῥᾷστα. ἐν μὲν οὖν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου βιβλίῳ τὸ αἴτιον τοῦ κοινοῦ πολλοῖς νοσήμασιν ὠνόμασε κοινότατον. ἐν δὲ τῷ περὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων καὶ τόπων τὰ οὕτω γινόμενα νοσήματα πάγκοινα προσηγόρευσεν ὧδέ πως εἰπών· περὶ ἑκάστου δὲ χρόνου προϊόντος καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ, λέγοι ἂν ὁκόσα νοσήματα μέντοι πάγκοινα τὴν πόλιν κατασχήσειν ἢ θέρεος ἢ χειμῶνος καὶ πάλιν οὐ μετὰ πολλά. ταῦτα μὲν τὰ νοσήματα ἐπιχώρια αὐτέοισίν ἐστι καὶ ἤν τι πάγκοινον κατάσχοι νόσημα ἐκ μεταβολῆς τῶν ὡρέων καὶ οὗτοι μετέχουσι. καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα· τοῖσι μὲν ἀνδράσι ταῦτα τὰ νοσή-

castris evenisse memoriae proditum est, quomodo et ob loci naturam, ubi omnes eodem loco castra metati permanserunt. Interdum etiam ex barathris charoneorum appellatorum, ex quibus abunde venti spirant. Haec ergo quod aërem inficiant, propterea morbos procreant, atque a praescripto textu comprehenduntur. Qui vero ab eduliis et potionibus excitantur morbi tum pauci tum cognitu faciles existunt. Quare libro de natura humana causam ejus, quod multis morbis est commune, communissimam appellavit. Libro vero de aëre, aquis et locis qui sic generantur morbi pancoenos *universales* vocavit hisce verbis usus: *At uniuscujusque temporis procedentis et anni statum et quoscunque morbos pancoenos tam aestate quam hieme urbem invasuros praedicturus est.* Ac rursum non post multa: *Hi quidem morbi sunt ipsis vernaculi et si quis universalis morbus prehenderit ex temporum anni mutatione, ii hujus etiam participes exsistunt.* Atque iterum post pauca: *At viris quidem hi morbi pecu-*

ματα ἐπιχώριά ἐστι καὶ χωρὶς, ἤν τι πάγκοινον κατάσχοι ἐκ μεταβολῆς τῶν ὡρέων. καὶ κατωτέρω πάλιν· τοῦτο μὲν τὸ νόσημα αὐτέοισι σύντροφόν ἐστι καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος. ἀλλὰ μηδὲ τοῦτό σε παρέλθῃ, ἐν ταῖς προγεγραμμέναις ῥήσεσιν εἰρημένον ἐν ἄλλοις τέ τισι τῶν Ἱπποκράτους. ὅσα πλεονάζει διὰ παντὸς ἔν τινι χώρᾳ, ἅπερ δὴ καὶ ἔνδημα προσαγορεύεται, τῶν κοινῶν πολλοῖς ὄντα καὶ αὐτὰ, καθάπερ καὶ ὁ λοιμός. ἔστι γὰρ καὶ οὗτος ἐκ τῶν κοινῶν νοσημάτων, ὡς αὐτὸς αὖ καὶ περὶ τοῦδε σαφῶς ἐδήλωσεν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ὧδέ πως εἰπών. [5] ὅταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ὦσιν αἱ νοῦσοι καὶ μὴ παραπλήσιαι αὐτέοισιν, ὑπὸ τούτων τῶν νοσημάτων οἱ πλείους ἀπόλλυνται ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν συμπάντων. δῆλον οὖν ὡς ἐκ τοῦ γένους τῶν ἐπιδημίων νοσημάτων ὅσα κακοηθέστατα γίνονται καὶ λοιμώδη καλεῖται. τὸ δὲ τῶν ἐπιδημίων ἐκ τοῦ τῶν πανδήμων τε καὶ παγκοίνων γένους ἐστὶν, ὃ ταῖς σποράσι νόσοις ἀντιδιαιρεῖται. ταῦτα μὲν οὕτως αὐτὸς ὠνόμασε. τοὺς λοιμοὺς

liares ſunt et vernaculi, item, *ſeorſum ſi quis univerſales ex tempeſtatum anni mutatione prehenderit.* Deinde paulo inferius: *Hic morbus ipſis connutritus eſt tum aeſtate tum hieme.* Verum hoc neque te latuerit dictum in praeſcriptis et aliis quibusdam Hippocratis textibus, quicunque morbi perpetuo aliqua in regione ſcaturiunt, quos et ſane endemios vocitant, eos cenſeri ex illorum genere qui multis communes exiſtunt, veluti quoque peſtis. Haec enim ex communium morborum eſt numero, ut ipſe rurſum de ea re libro de acutorum victu his verbis ita dilucide declaravit: *Quum enim nullus communis peſtilentis morbi modus ſparſim graſſatus fuerit, ſed diſperſi ſporadicive morbi ac ſimiles fuerint, ab his morbis plures quam ab aliis omnibus intereunt.* Conſtat itaque morbos qui et maligniſſimi ſunt et peſtilentes vocantur, ex morborum epidemiorum eſſe genere, epidemiorum vero tum ex popularium tum univerſalium genere qui diſperſis morbis e regione opponuntur, hos quidem ita nominavit.

δὲ πάντες ἄνθρωποι καλοῦσί τε καὶ γινώσκουσιν ὄντας ὀλέθρια νοσήματα καὶ πέμπουσι δὲ πολλάκις εἰς θεοὺς, περὶ τῆς ἰάσεως αὐτῶν πυνθανόμενοι. οὐ μόνον δὲ ἐνταῦθα τὸ ἐπιδημήσειν γέγραφεν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ προγνωστικὸν, ἐν ᾧ φησι· χρὴ δὲ τὰς φορὰς τῶν νοσημάτων τῶν ἀεὶ ἐπιδημεόντων ταχέως ἐνθυμέεσθαι καὶ μὴ λανθάνειν τῆς τε ὥρης τὴν κατάστασιν. ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς τῶν ἐπιδημίων ποτὲ μὲν ἐστιν ἀκοῦσαι λέγοντος αὐτοῦ, ἐπεδήμησαν δὲ δυσεντερίαι κατὰ θέρος πολλαὶ, ποτὲ δὲ καὶ ἄλλαι πυρετῶν ἐπεδήμησαν ἰδέαι: καὶ γὰρ ἄλλοις τὸ νόσημα ἐπιδήμιον ἦν. γέγραπται δὲ τοῦτο τοὔνομα, τὸ ἐπιδήμιον ἐν τισὶ μὲν τῶν ἀντιγράφων διὰ δ΄ συλλαβῶν, τῆς τελευτῆς ἐκ τοῦ μ΄ καὶ ο΄ καὶ ν΄ συνεστηκυίας, ἐν τισὶ δὲ διὰ ε΄, διά τε τοῦ μ΄ καὶ ι΄. κἄπειτα καθ᾽ ἑτέραν συλλαβὴν τὴν τελευτὴν τοῦ ο΄ καὶ ν΄. μεμνῆσθαι χρὴ τούτων εἰς τὰ μέλλοντα λέγεσθαι γιγνώσκειν ὡς ἔνια μὲν τῶν νοσημάτων κοινῇ πολλοὺς καταλαμβάνει, ἃ δὴ λέγεται κοινὰ, ἔνια δ᾽ ἕκαστον ἰδίᾳ. τὰ σποραδικὰ προσαγορευόμενα. τῶν δὲ κοινῶν τὰ μὲν ἔνδημά τέ εἰσι,

Peſtes autem homines univerſi et vocant et agnoſcunt morbos eſſe pernicioſos. Et vero ad deos multoties mittunt de eorum curatione conſulturi. At non hic ſolum verbum *ἐπιδημήσειν paſſim graſſari*, ſcripſit, verum etiam in prognoſtico, ubi pronunciavit: *oportet autem et morborum perpetuo paſſim graſſantium impetus celeriter animadvertere ac tempeſtatis ſtatum non ignorare.* In iis autem epidemiorum libris interdum ipſum pronunciantem audire potes; et paſſim graſſatae ſunt, aliis ſiquidem morbus erat epidemius. Porro hoc nomen *ἐπιδήμιον* quibusdam in exemplaribus quatuor ſyllabis ſcriptum eſt, poſtrema conſtante ex *μ, ο, ϱ, ν*, in quibusdam vero quinque ſyllabis, penultima conſtante *αϱι*, altera deinde ultima ſyllaba *α, ϱ, ν.* Horum autem ad ea quae enunciari debent meminiſſe oportet, ac noſſe nonnullos quidem morbos communiter multos invadere, qui ſcilicet communes dicuntur, nonnullos vero unumquanque privatim prehendere et ſporadicos appellari. Inter communes *morbos* alii

χὰ δὲ ἐπίδημά τε καὶ ἐπιδήμια, διὰ τῶν δ΄ ἢ ε΄ συλλαβῶν, ὡς εἴρηται, γραφόμενά καὶ λέγομενα. τούτων δὲ τὰ χαλεπώτατα λοιμώδη καλεῖται, τὴν αἰτίαν ἐκ τῆς περὶ τὸν ἀέρα καταστάσεως ἔχοντα καὶ αὐτὰ, καθάπερ ὅλον τὸ γένος τῶν ἐπιδημίων νοσημάτων. γέγραφε δὲ καὶ λοιμώδεις τινὰς καταστάσεις, ὥσπερ καὶ τὰς ἐν τῷ γ΄, διότι καὶ τῷ γένει ὁ λοιμὸς ἐπιδήμιόν ἐστι νόσημα. ταῦτα μὲν οὖν ἄμεινόν ἐστι διωρίσθαι πρὸ τῆς μελλούσης ἔσεσθαι τῶν κατὰ μέρος ἐξηγήσεως. μετὰ ταῦτα δὲ εἰς ἐκείνην ἤδη τρέψομαι τοσοῦτον ἔτι προειπὼν, ὅπερ καὶ ἐν πολλοῖς τῶν ὑπ᾽ ἐμοῦ γεγραμμένων βιβλίων εἰρῆσθαι φθάνει, προτρέποντός μου γυμνάζεσθαι τοὺς ἐκμαθεῖν θέλοντας τὴν ἰατρικὴν τέχνην, ἐν τοῖς κατὰ μέρος αἰσθητοῖς, ὡς διαγινώσκειν αὐτοὺς ἃ καθόλου προμεμαθήκασι. ταῦτα δὲ αὐτὰ τὰ κατὰ μέρος ἀρχὴν τῆς καθόλου συστάσεως οἱ ἐμπειρικοί φασιν εἶναι λέγοντες ἀληθῆ ἐκεῖνα τῶν θεωρημάτων, ὅσα τὴν σύστασιν ἐξ ἐμπειρίας ἔσχηκεν. ἡμῖν δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ διὰ

endemii, alii epidemi et epidemii tum quatuor tum quinque fyllabis, ut proditum eft, fcripti et pronunciati. At horum perniciofiffimi peftilentes vocantur, iique caufam ex ambientis aëris ftatu fortiuntur, quemadmodum morborum epidemiorum genus univerfum. Atque quosdam etiam peftilenter ftatus defcripfit, ut et eos de quibus in tertio epidemiorum agit, quamobrem peftis morbus fit epidemius. Atque haec praeftat definiffe priusquam particularum decreta procedat explicatio. Poftea vero jam ad illam me convertam, fi hoc unum praemonuero, quod et in multis a me fcriptis libris prius dixi, eos qui artem medicam perdifcere volunt, ut in particularibus quae fenfu percipiuntur fefe exerceant cohortatus, ut quae antea univerfaliter didicerunt dignofcant. Haec ipfa particularia univerfalis conftitutionis principium effe empirici profitentur et vera illa effe praecepta quae ab experientia conftitutionem confequuta funt, nobis autem non item. Sed praecepta multa ratione inventa effe

λόγου δοκεῖ πολλὰ τῶν θεωρημάτων εὑρῆσθαι, κρίνεσθαι μέντοι καὶ τούτων τὴν ἀλήθειαν ὑπὸ τῆς πείρας βεβαιωμένην τε καὶ μαρτυρουμένην, οὕτως γοῦν καὶ τοῖς περὶ μεγεθῶν, ἀποστήματος ἡλίου καὶ σελήνης, τοῖς ἀποδεδειγμένοις μὴ πιστεύοντες, ὅταν ὑπὸ αἰσθητῶν τε πολλῶν ἄλλων ὅσα κατὰ γεωμετρικοὺς λόγους εὑρίσκεται καὶ τῶν κατὰ μέρος ἐκλείψεων μαρτυρεῖται, βεβαιότερον ἴσχομεν τὴν πίστιν. ὅπου τοίνυν τὰ διὰ γεωμετρίας ἀποδειχθέντα πιστότερα γίνονται μαρτυρούμενα πρὸς τῶν κατὰ μέρος ἀποβαινόντων καὶ πιστότερα γινόμενα βεβαιοτέραν ἔχει. πολλῷ δὴ μᾶλλον ὅσα ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς τὴν ἀλήθειαν, [6] ἐξηύρηνται βεβαιοῦσθαι δεῖ ἀναγόμενα ὑπὸ τὴν κατὰ μέρος πίστιν. ταῦτ' οὖν ἡμεῖς ἐπιδειξόμεθα ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημίων βιβλίοις γινόμενα.

---

videntur, quorum tamen veritas judicatur quum ab experimentis tum ftabilitur tum fidem accipit. Sic fane et his quae de folis et lunae magnitudine et diftantia demonftrata funt, fidem non adhibentes, ubi a fenfibilibus multis aliis quae per geometricas rationes reperiuntur et ab ecclipfibus fingularibus ftabiliuntur, certiorem fidem habemus. Ubi itaque quae per geometriam demonftrata funt, fi a fingulariter contingentibus majorem fidem accipiant, atque credibiliora reddita certiorem habeant veritatem, fane multo magis quae in medica difciplina univerfaliter dicta funt, certiorem habebunt fidem, fi particularibus exemplis ftabiliantur. Haec igitur nos in epidemiorum libris fieri oftendemus.

α'.

Ἐν Θάσῳ φθινοπώρου περὶ ἰσημερίην καὶ ὑπὸ πληϊάδος ὕδατα πολλὰ ξυνεχέα, μαλθακὰ, ὡς ἐν νοτίοισι.

Ὅτι μὲν καὶ ἡ τοῦ χωρίου γνῶσις εἰς τὴν τῶν ἐπιδημίων νοσημάτων διδασκαλίαν ὠφέλιμός ἐστιν ὕστερον λέξω. νυνὶ δὲ τὴν λέξιν αὐτὴν πρότερον ἐξηγήσομαι, τοῦ συγγραφέως εἰπόντος περὶ ἰσημερίην καὶ ὑπὸ πλειάδος. δυοῖν γὰρ οὐσῶν ἰσημεριῶν καὶ δυοῖν πλειάδων ἐπισημασιῶν, οὗτος ἐδήλωσεν ὁποίαν αὐτῶν λέγει, προσθεὶς τῷ λόγῳ τὸ φθινόπωρον. κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἔαρ ἡ ἑτέρα γίνεται καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἡμετέραν οἴκησίν ἐστιν αὕτη, καθάπερ καὶ τελευτὴ πᾶσα ὑπὸ τῶν πλειάδων ἐπιτολήν. κατὰ δὲ τὸ φθινόπωρον ἡ ὑπόλοιπος ἰσημερία γίνεται καὶ ἡ τῶν πλειάδων δύσις. οὐδὲν δὲ διοίσει λέγειν ἤτοι κατὰ τὸν πληθυντικὸν ὀνομαζόμενον ἀριθμὸν τὰς πλειάδας ἢ κατὰ τὸν ἑνικὸν τὴν πλειάδα. γίνεται δὲ ἡ τῆς πλειάδος δύσις ὡς με-

I.

In Thafo autumno circiter aequinoctium et fub vergilias pluviae multae, affiduae, molles fuerunt, ut per auftrales ventos.

Cognitionem loci ad morborum quidem epidemiorum doctrinam utilem exiftere poftea dicturus fum. Nunc vero ipfum auctoris textum prius explicabo pronunciantis, *circiter aequinoctium et fub vergilias.* Quum enim duo fint aequinoctia, duae quoque vergiliarum fignificationes, quoddam ex illis dicat adjecto orationi autumno ipfe prodidit. Vere fiquidem fit alterum principiumque ipfius in noftra habitatione ipfum eft, veluti etiam finis omnis fub vergiliarum ortum. Reliquum aequinoctium autumno fit, atque vergiliarum occafus: nihil autem intererit vel numero plurali pleiades nominare vel fingulari pleiada. Occafus autem fit vergiliarum ab autumnali

Ed. Chart. XI. [6. 7.] Ed. Baf. V. (346. 347.)

τὰ πεντήκοντα ἡμέρας τῆς φθινοπωρινῆς ἰσημερίας, εἰδότων ἡμῶν τὰς μὲν ἰσημερίας καὶ τροπὰς ἐνὶ καιρῷ γινομένας ἐν ἁπάσαις ταῖς οἰκήσεσιν, τὰς δὲ ἐπιτολὰς καὶ δύσεις τῶν ἀστέρων ὑπαλλασσομένας, ὡς καθ' ἑκάστην οἴκησιν ἰδίαν εἶναι. μόνοις γὰρ τοῖς ὑπὸ τὸν αὐτὸν οἰκοῦσι πόλον κοιναὶ τῶν ἄστρων αἵ τ' ἐπιτολαὶ καὶ δύσεις γίνονται. καλοῦσι μὲν οἱ Ἕλληνες ὡς τὰ πολλὰ τὸ συγκείμενον ἐκ πολλῶν ἀστέρων ἄστρον οἷον τὸν ταῦρον ὅλον, ἤ τι μέρος αὐτῶν, τὰς ὑάδας ἢ τὰς πλειάδας. ὅμως μὴν ἔστιν ὅτε καὶ τῶν ἀστέρων ἕκαστον ὀνομάζουσιν ἄστρον, οὐ μὴν τόν γε συγκείμενον ἐκ πολλῶν ἀστέρα καλοῦσιν, ἀλλ' ἄστρον ἀεὶ μόνως οὕτως. ἕνα δὲ ἕκαστον οὐκέτι ἀστέρα μόνον, ὡς εἶπον, ἀλλὰ καὶ ἄστρον, οἷον τὸν ἀρκτοῦρον, τὸν σείριον, τὸν ἑωσφόρον, τὸν [7] ἑσπέριον. (347) ἀναγκαιότατόν δέ ἐστιν εἰς ὅλην τὴν ἐνεστῶσαν πραγματείαν ἐπίστασθαι τὰς καθ' ἑκάστην χώραν, ἐν αἷς ἂν ἰατρεύειν μέλλωμεν, ἑκάστου τῶν ἄστρων ἐπιτολάς τε καὶ δύσεις, ἐπειδὴ περιγράφουσιν αὗται τὰς ὥρας, αὐτίκα γέ τοι κατὰ τὸν τῆς Ἑλλησπόντου παράλλη-

aequinoctio diebus circiter quinquaginta, nobis fcientibus aequinoctia et folftitia in plagis omnibus uno tempore fieri, fiderum vero ortum et occafum ita variari, ut his fingulis in regionibus proprii fint. Solis enim fub eodem polo habitantibus communes funt aftrorum tum ortus tum obitus. At vocant Graeci plerumque fidus quod ex multis ftellis conftat, qualem taurum univerfum vel aliquam ejus partem, ut füculas et vergilias. Interdum tamen fingulas ftellas aftrum fidusve appellitant, non tamen quod ex multis conftet ftellam appellant, aftrum perpetuo dumtaxat hoc modo, unamquamque vero non ftellam folum, ut dixi, fed et fidus, ut arcturum, caniculam, luciferum, hefperum. Eft autem ad univerfum quod inftat opus maxime neceffarium fingulis in regionibus, ubi medendi artem facturi fumus, fingulorum aftrorum tum ortus tum occafus cognofcere, quandoquidem hi anni tempeftates circumfcribunt, exempli gratia, in Hellefponti

Ed. Chart. IX. [7.] Ed. Baf. V. (347.)

λον ἀρχὴ μὲν τοῦ ἦρός ἐστιν ἡ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἰσημερία, τελευτὴ δὲ τῶν πλειάδων ἡ ἐπιτολή. αὕτη δὲ καὶ θέρους ἐστὶν ἀρχὴ, καθάπερ γε καὶ τελευτὴ μὲν τοῦ θέρους, ἀρχὴ δὲ τοῦ φθινοπώρου ἡ ἐπιτολὴ τοῦ ἀρκτούρου, προλαμβάνουσα τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν ἡμέραις ὡς δώδεκα. καὶ μέν γε καὶ ἡ δύσις τῆς πλειάδος ἀρχὴ μὲν τοῦ χειμῶνός ἐστι, τελευτὴ δὲ τοῦ φθινοπώρου. θαυμάζειν δ', οἶμαι, δεῖ καὶ ζητεῖν τὴν αἰτίαν τοῦ παραλελεῖφθαι κατὰ τὸν λόγον ἐπιτολὴν ἀστέρος τοῦ ἐπισημοτάτου, γινομένην ἐν θέρει τοῦ καλουμένου σειρίου· ὀνομάζουσι δὲ αὐτὸν ἔνιοι καὶ κύνα, καταχρώμενοι τῇ τοῦ παντὸς ἄστρου προσηγορίᾳ· κύων μὲν γὰρ τὸ σύμπαν ἄστρον, ὁ δ' ἐπὶ τῆς γένυος αὐτοῦ σείριος, ὃν ὀρθῶς ἄν τις ὀνομάζοι τὸν προκύνα, οὐ τὸν κύνα, καὶ ἀρχή γε τῆς καλουμένης ὀπώρας ἡ ἐπιτολὴ τούτου τοῦ ἀστέρος ἐστί. καὶ ὅσοι τὸν ἐνιαυτὸν εἰς ζ' τέμνουσιν ὥρας, ἄχρι μὲν ἐπιτολῆς τοῦ κυνὸς ἐκτείνουσι τὸ θέρος, ἐντεῦθεν δὲ μέχρις ἀρκτούρου τὴν ὀπώραν. οἱ δ' αὐτοὶ καὶ τὸν χειμῶνα τριχῇ τέμνουσι, μέσον μὲν

parallelo veris principium quidem eſt quo tempore eſt aequinoctium, finis vero vergiliarum ortus, qui et aeſtatis initium exiſtit, quemadmodum etiam aeſtatis finis, autumni principium arcturi ortus, qui autumnale aequinoctium diebus quaſi duodecim antecedit. Praeterea vergiliarum occaſus hiemis principium et autumni finis eſt. Morari vero arbitror oportet ac cauſam quaerere cur intermiſſus ſit in oratione ſtellae illuſtriſſimae ortus qui aeſtate fit, haecque ſirius vocatur. Ipſum autem nonnulli etiam canem nominant totius aſtri appellatione abuſi, canis ſiquidem aſtrum univerſum eſt. Sirius vero ipſius maxillae inſidet, quem recte quispiam antecanem, non canem appellaverit, ſtellaeque hujus exortus partis anni quam oporam vocant principium eſt. Atque qui annum in ſeptem tempora dividunt, aeſtatem adusque canis exortum protendunt, hinc vero ad arcturum usque oporam. Iidem et hiemem in tres ſecant partes et medium quidem hujus quod circa ſolſtitium eſt tempus conſtitſtuunt, de

αὐτοῦ ποιοῦντες τὸν περὶ τὰς τροπὰς χρόνον, τοὺς δ' ἑκατέρωθεν τοῦδε σπορητὸν μὲν πρόσθεν, φυταλιὰν δὲ τὸν ἕτερον, αὐτοὶ γὰρ οὕτως ὀνομάζουσι. καὶ μέντοι κἂν τῷ περὶ ἑβδομάδων Ἱπποκράτους ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ διῃρημένον ἐστὶν εὑρεῖν τὸν ἐνιαυτὸν εἰς ἑπτὰ, τοῦ μὲν φθινοπώρου καὶ τοῦ ἦρος ἀτμήτων πεφυλαγμένων, τετμημένων δὲ τοῦ μὲν χειμῶνος εἰς τρία μέρη, τοῦ δὲ θέρους εἰς δύο. χρησίμη μὲν οὖν ἐστι καὶ ἡ τοιαύτη διαίρεσις, ὡς προϊὼν ὁ λόγος δείξει, χρησίμη δὲ καὶ εἰς τέσσαρας ὥρας, ὡς καὶ τοῦτο δέδεικται πρότερον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐν οἷς τάς τε τῶν χυμῶν ἐπικρατείας διδάσκει καὶ τὰς τῶν νοσημάτων ἰδέας καὶ τὰς ἀμφοτέρας τούτων ἡγουμένως κράσεις τοῦ περιέχοντος, τέτταρας ἐχούσας διαφοράς. εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα δίχα τις τέμνῃ τὸν μεταξὺ πλειάδων ἐπιτολῆς καὶ ἀρκτούρου χρόνον, ἀλλά τοι κοινόν ἐστιν αὐτὸ παντὶ, τῷ ξηροτέρῳ τοῦ συμμέτρου εἶναι, καθάπερ γε καὶ τῷ χειμῶνι, τῷ ψυχροτέρῳ τε καὶ ὑγροτέρῳ, κἂν τριχῆ τέμνηται. αἱ μὲν οὖν μεγάλαι διαφοραὶ τῆς κράσεως, ἃς καὶ γενικὰς ἄν τις εἴποι προσηκόντως, εἰς τέσσαρας διαι-

extremis vero duobus prius fementem, posterius consitionem, nam ipsi ita nominant. Quin etiam libro de hebdomadis Hippocratis inscripto annus in septem partes divisus invenitur, insectis quidem autumno et vere manentibus, sectis vero hieme quidem tres in partes, aestate vero in duas. Utilis itaque talis etiam est divisio, ut in praecedenti declarabit oratio. Utilis quoque in quatuor anni tempestates sectio, ut et id prius ab ipso Hippocrate demonstratum est, ubi et humorum exuperantiam et morborum species docet et quae ambo haec praecedunt, aëris temperamenta, quae quatuor habent differentias. Etenim si quis quam maxime bifariam tempus, vergiliarum ortus atque arcturi medium secuerit, nihilominus ipsum commune est omni ut commoderato siccius existat, quemadmodum etiam et hiemi ut et frigidior et humidior sit, etiamsi trifariam dividatur. Magnae igitur temperamenti differentiae, quas et generales decenter quispiam

ροῦσιν ὥρας τὸν ἐνιαυτὸν, ἤτοι γ' ἑτερογενεῖς ἢ ἑτεροειδεῖς ἀλλήλων, ὡς ἂν ἐθέλῃ τις ὀνομάζειν. αἱ δὲ καθ' ἑκάστην τῶν διαφορῶν τούτων, εἰς τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον τομαὶ, τὸ θέρος μὲν εἰς δύο, τὸν χειμῶνα δ' εἰς τρεῖς μοίρας τέμνουσιν. ἡ δὲ τῶν ὡρῶν τούτων τομὴ ἐκ τοῦ κατὰ ταύτας χρόνου, τεσσάρων γὰρ μηνῶν ὁ μεταξὺ πλειάδος τε καὶ ἀρκτούρου χρόνος ἐστί. πλειόνων δὴ καὶ τεσσάρων ὁ μεταξὺ πλειάδος δύσεως καὶ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας. ὁ δὲ τοῦ ἦρος, οὐδ' ὅλων δύο μηνῶν, ὥστ' ἄτμητος εἰκότως ἐφυλάχθη. διὰ ταῦτα δὲ καὶ τοῦ φθινοπώρου μείζων μὲν ἦν ἢ παρὰ τὸ ἔαρ· ἐκτείνεται γὰρ εἰς δύο μῆνας, ἀπολειπόμενος δὲ τῷ μεγέθει πάμπολυ κατὰ τὸ θέρος τε καὶ τὸν χειμῶνα χρόνου. ταῦτα οὖν ὡς ἅπαξ μὲν εἰρήσθω μοι νῦν εἰς δὲ τὸν ἑξῆς ἅπαντα λόγον μνημονευέσθω πρὸς τὸ μετάγεσθαι ῥᾳδίως εἰς τοὺς ἐν [8] ἑκάστῳ τῶν ἐθνῶν μῆνας, ἄλλους παρ' ἄλλοις ὄντας, ὡς εἰ πάντες εἶχον τοὺς αὐτοὺς, οὐκ ἂν ἀρκτούρου καὶ πλειάδος καὶ κυνὸς ἰσημεριῶν τε καὶ

dixerit, annum in quatuor tempora dividunt inter se, sive genere sive specie differentia, prout quisque appellare voluerit. At singulae harum differentiarum in magis et minus factae sectiones aestatem quidem in duas, hiemem vero in tres partes secant. Horum vero anni temporum divisio ex ipsorum tempore efficitur; quod enim tempus vergilias arcturumque interjacet, quatuor est mensium, plurium vero quam quatuor vergiliarum occasus et verni aequinoctii medium existit. Veris autem tempus non integros quidem duos habet menses, quo factum est ut jure indivisum permanserit, propterea vero autumni tempus quam veris majus fuit, quod in menses duos extenditur, hoc vero magnitudine ab hiemis aestatisque tempore multopere superatur. Haec itaque semel quidem a me dicta sint, ad omnem vero sequentem orationem memoria teneantur, quo facile ad singularum nationum menses aliis alios existentes deducamur, nam si omnes eosdem haberent, non arcturi vergiliarumque et canis et aequinoctiorum et solstitiorum meminisset Hippocrates, sed ipsi satis

Ed. Chart. IX. [8.] Ed. Baf. V. (347.)

τροπῶν ἐμνημόνευσεν ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλ' ἤρκεσεν ἂν εἰπεῖν αὐτῷ κατὰ Μακεδόνας, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ὀνομάζοντι τοῦ Δίου μηνὸς ἀρχομένου, τοιάνδε τινα γενέσθαι κατάστασιν ἐν τῇ τοῦ περιέχοντος κράσει. νυνὶ δ' ἐπειδὴ τὸ Δίον Μακεδόσι μὲν μόνοις σαφὲς, Ἀθηναίοις δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις οὐ σαφὲς, Ἱπποκράτης δ' ἐβούλετο τοὺς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ὠφελεῖν, ἄμεινον ἦν αὐτῷ γράψαι μόνην τὴν ἰσημερίαν, ἄνευ τοῦ μνημονεῦσαι τινὸς μηνός. ἡ μὲν γὰρ ἰσημερία κοσμικόν ἐστι πρᾶγμα, οἱ δὲ μῆνες ἐπιχώριοι καθ' ἕκαστον ἔθνος. ὅστις γοῦν ἀστρονομίας ἀπείρως ἔχει μάλιστα μὲν ἔστω μὴ πειθόμενος Ἱπποκράτους, προτρέποντος πρὸς αὐτὴν, ἕνεκα τῆς τῶν εἰρημένων χρήσεως. ἐπεὶ δὲ φιλάνθρωπον εἶναι δοκεῖ καὶ τοὺς τοιούτους ὠφελεῖν, ἐγὼ πειράσομαι τὴν ἐνδεχομένην ὑπογράψαι βοήθειαν, ᾗ εἰ προσέχοιεν τὸν νοῦν, ἁπάντων ὧν Ἱπποκράτης λέγει καρπώσονται τὴν χρῆσιν. τεμνομένου δὴ τοῦ παντὸς ἔτους ἐκ τεσσάρων καιρῶν κατ' ἰσημερίαν τε καὶ τροπὰς, ἅπαξ τις ἐρωτήσας ἀστρονομικὸν ἄνδρα, τὰ τέσσαρα μέρη

fuiffet dicere apud Macedonas verbi gratia menfe incipiente quem Dios appellant talem quaedam ftatum fuiffe in ambientis nos aëris temperamento. Nunc vero quoniam Dion folis quidem Macedonibus manifeftum eft, Athenienfibus vero aliisque hominibus non manifeftum, volebatque Hippocrates cunctis nationibus prodeffe, fatius ipfi fuit fine nullo memorato menfe folum aequinoctium fcribere, aequinoctium fiquidem univerfitatis mundi res eft, menfes vero fingulis nationibus fui et peculiares. Qui ergo aftronomiae imperitus eft, fciat potiffimum Hippocrati ad eam ob dictorum ufum exhortanti non obfequi. Quia vero humanum effe videtur ejusmodi imperitis opem ferre, tentabo ego, quatenus licebit, auxilium fubfcribere, cui fi mentem adhibeant, horum omnium quae edicit Hippocrates, fructum ac emolumentum accepturi funt. Toto igitur anno in quatuor tempora per aequinoctia et folftitia divifo, fi quis femel aftronomum virum rogaverit quibus menfibus quatuor hae partes fiant, deinde iis prae-

Ed. Chart. IX. [8.] Ed. Baf. V. (347.)

ταῦτα ἐν τίσι γίνονται μησὶν, εἶτα εἰδὼς αὐτὰ δυνήσεται καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐπισημασιῶν τῶν καθ' ἕκαστον ἄστρων ἀκούων ἕπεσθαι. οἷον εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἐὰν προμάθῃ τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Δίου μηνὸς καὶ φθινοπώρου γίνεσθαι ἰσημερίαν, εἴσεται τὴν μὲν χειμερινὴν τροπὴν ὡς μετὰ τρεῖς μῆνας ἐσομένην ἐν ἀρχῇ τοῦ κατ' ἐνιαυτὸν πέρατος μηνός. τοῦτο γὰρ σημαίνει κατὰ Μακεδόνας, τὴν δὲ ἐαρινὴν ἰσημερίαν Ἀρτεμισίου, καθάπερ γε καὶ τὴν θερινὴν τοῦ Λώου. κατὰ γὰρ τὰς ἀρχὰς τῶν εἰρημένων μηνῶν αἵ τ' ἰσημερίαι καὶ αἱ τροπαὶ γίνονται κατὰ Μακεδόνας, ἀριθμούντων τε καὶ ὀνομαζόντων τοὺς μῆνας. ὁ τοίνυν ταῦτα μαθὼν εἰ προσεπιμάθῃ τὸν μὲν ἀρκτοῦρον ἐπιτέλλοντα πρὸ ἡμερῶν ὡς ιβ'. τῆς φθινοπωρινῆς ἰσημερίας, πλειάδας δὲ δῦναι ὡς μετὰ ἡμέρας πεντήκοντα, γνώσεται πόσῃ τοῦ καθ' ἕκαστον αὐτῶν μηνὸς ἑκάτερον τῶν ἄστρων ἐπιτέλλει, παραφυλάξει τε βουλόμενος ἀκολουθεῖν Ἱπποκράτει τὴν μεταβολὴν τῆς περὶ τὸν ἀέρα κράσεως ὁποία τις ἐγένετο. χρὴ δὲ δηλονότι τοὺς μῆνας οὐ πρὸς σελήνην ἀριθμεῖσθαι, καθάπερ ἐν ταῖς πλείσταις νῦν τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, ἀλλὰ πρὸς ἥλιον καὶ

ceptis, poterit et quum de caeteris fingulorum aftrorum fignificationibus audierit, voti effe compos. Ut fi, exempli gratia, antea didicerit autumnale fieri aequinoctium in principio menfis Dii, fciet hiemale folftitium fieri quafi poft tres menfes in principio menfis qui anni finis eft; hoc enim apud Macedonas fignificat, vernum autem aequinoctium Artemifii principio, quemadmodum et aeftivum folftitium initio Loï. In principio namque commemoratorum menfium tum aequinoctia tum folftitia apud Macedonas fiunt, qui menfes ita numerant et appellant. Qui igitur haec perceperit, ac praeterea arcturum ante autumnale aequinoctium duodecim fere diebus exoriri didicerit, vergilias vero occidere poft dies circiter quinquaginta, fciet quoto menfis cujusque anni die utrumque fidus exoriatur obfervabitque, fi Hippocratem fequi velit, eam quae et qualis aëri oborta fit temperamenti mutationem. Ceterum non ratione lunae quemadmodum nunc

ἐν ἁπάσαις τε τῶν ἀρχαίων καὶ ἐν πολλοῖς τῶν ἐθνῶν ἀριθμεῖται καὶ παρὰ Ῥωμαίων ὁ σύμπας ἐνιαυτὸς εἰς ιβʹ διαιρούμενος. ἑνὸς μὲν αὐτῶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν ὄντος, ὃν δεύτερον λέγουσι μετὰ τὰς τροπὰς χειμερινάς. αὐτοῦ δὲ τοῦ πρώτου μετὰ τὰς τροπὰς, ὃν καὶ πρῶτον ὅλου τοῦ ἔτους ἀριθμοῦσιν, μίαν ἐπὶ ταῖς λʹ προσειληφότος, ὥσπερ γε καὶ τοῦ γʹ μετὰ τὰς τροπάς. καὶ γὰρ καὶ οὗτος αὐτός ἐστι μιᾶς καὶ λʹ ἡμερῶν, ὁ δὲ τέταρτος τριακονθήμερος, ὁ δὲ πέμπτος μίαν ἐπὶ ταῖς λʹ προσείληφεν, ὁ δʹ ἕκτος τριακονθήμερος, μετὰ δὲ τὸν ἕκτον μῆνες δύο, μιᾶς καὶ τριάκοντα, ὁ δὲ μετὰ τούτους τριάκονθʼ ἡμερῶν, ὁ δʼ ἐφεξῆς τῷδε μιᾶς καὶ τριάκοντα, δέκατος ὢν τὸν ἀριθμὸν ὅλου τοῦ ἔτους. καὶ ὁ μὲν ιαʹ τριάκονθʼ ἡμερῶν, ὁ δὲ ιβʹ μιᾶς ἐπὶ ταῖς λʹ. συναριθμοῦντι δέ σοι [9] τὰς καθʼ ἕκαστον τῶν μηνῶν γενομένας ἡμέρας αἱ πᾶσαι γίνονται εʹ καὶ ξʹ καὶ τʹ καὶ τεσσάρων δʹ οὕτως ἀριθμηθέντων τῶν ἐτῶν, ἐν δὲ τῷ δʹ ἔτει τὸν τρίτον ἀπὸ τοῦ δʹ ποιοῦσι δυοῖν καὶ

in plurimis Graeciae civitatibus fupputandi funt, fed ratione folis, ut apud omnes prifcas urbes et plerasque nationes numerantur. Atque apud Romanos univerfus annus in duodecim menfes dividitur, quorum unus octo et viginti diebus conftat, quem a folftitio brumali fecundum vocitant. Primus vero a folftitio, quem et totius anni primum numerant, unum fupra triginta affumfit, quemadmodum a folftitio tertius; etenim etiam is ipfe unius et triginta dierum eft. Quartus eft triginta dierum. Quintus unum et triginta fortitur. Sextus triginta dies complectitur. Qui vero fextum duo fequuntur feptimus et octavus, uno et triginta conftant. Qui hos excipit nonus triginta dierum eft. Huic fuccedens unius et triginta, qui decimus totius anni exiftit numero. Undecimus triginta dierum eft. Duodecimus unius fupra triginta. Connumeranti vero tibi confcripti, fingulorum menfium dies, omnes trecenti fexaginta et quinque oboriuntur. Atque quum ita quatuor annos numeraveris, anno quarto menfem ter-

Ed. Chart. IX. [9.] Ed. Bas. V. (347. 348.)

λ' ἡμερῶν, ἵν' ἕκαστος τῶν ἐνιαυτῶν γένηται τξε' ἡμερῶν καὶ ποσέτι τετάρτης, ἡμέρας μιᾶς. τοῖς δὲ κατὰ Παλαιστίνην ἀριθμοῦσιν οἱ δώδεκα μῆνες ἀριθμὸς ἡμερῶν γίνονται τνδ'. ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἀπὸ συνόδου τῆς πρὸς ἥλιον αὐτῆς χρόνος ἄχρι πάσης (348) ἄλλης συνόδου πρὸς τὰς θ' καὶ εἴκοσιν ἡμέρας ἔτι καὶ ἄλλο μέρος ἥμισυ προσλαμβάνει, διὰ τοῦτο τοὺς δύο μῆνας ἡμερῶν γινομένους ϑ' καὶ ν' τέμνουσιν εἰς ἄνισα μέρη, τὸν μὲν ἕτερον αὐτῶν λϑ' ἡμερῶν ἐργαζόμενοι, τὸν δ' ἕτερον ϑ' καὶ κ'. ἀναγκάζονται τοιγαροῦν οἱ οὕτως ἄγοντες τοὺς μῆνας ἐμβόλιμόν τινα ποιεῖν, ὅταν πρῶτον ἀθροισθῇ τὸ τῶν ἔμπροσθεν ἐνιαυτῶν ἔλλειμα καὶ γίνηται χρόνος ἑνὸς μηνός. καὶ γέγραπταί γε τῶν ἀστρονόμων καὶ ἄλλοις τισὶ καὶ Ἱππάρχῳ ὁπηνίκα χρὴ τοὺς ἐμβολίμους μῆνας ἐμβάλλεσθαι. διόπερ, ὡς ἔφην, οὕτως ἐπὶ τούτων ἀριθμούντων τοὺς μῆνας οὐκ ἔστιν ὁρίσαι τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς αἱ ἰσημερίαι τε καὶ τροπαὶ καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἄστρων αἱ ἐπιτολαὶ γίνονται. κατὰ δὲ τοὺς ἥλιον ἄγοντας,

tium duorum et triginta dierum faciunt, ut anni ſinguli trecentorum ſexaginta quinque ſint dierum, ac praeterea quadrantis unius diei. Ex Palaeſtinorum vero ſupputatione duodecim menſes efficiunt dies trecentos quinquaginta et quatuor. Nam quia tempus a lunae cum ſole conjunctione adusque omnem aliam conjunctionem praeter novem et viginti dies aliam etiamnum dimidiam aſſumit partem, propterea duos menſes, qui novem et quinquaginta dies continent, in duas ſecant inaequales partes, alteram dierum triginta faciunt, alteram viginti novem. Qui ergo ita menſes inſtituunt, aliquem intercalarem ſtatuere coguntur, ubi primum ſuperiorum annorum reſiduum collectum ſit et unius menſis tempus fiat. Quo vero modo menſes intercalares inſerendi ſint, ab aſtronomis tum aliis quibusdam tum Hipparcho ſcriptum eſt. Quare, ut dixi, apud illos qui menſes ita numerant, definiri dies non poſſunt, in quibus tum aequinoctia tum ſolſtitia tum ſiderum illuſtrium exortus fiant. Apud eos vero qui pro ſolis ratione numerant, definiri poſſunt, ut dixi, apud

Ed. Chart. IX. [9.] Ed. Baf. V. (348.)

ὁρίσαι δυνατὸν, ὥσπερ ἔφην, ὑπό τε Ῥωμαίων καὶ Μακεδόνων Ἀσιανῶν τε τῶν ἡμετέρων καὶ πολλῶν ἄλλων ἐθνῶν. ὁπότ᾽ οὖν εἴρηταί μοι ταῦτα κοινὰ τῶν ἐφεξῆς λόγων ἁπάντων, πάλιν ἐπὶ τὴν προκειμένην ἀνάξω ῥῆσιν, ἐν ᾗ τῆς γενομένης ἐν Θάσῳ καταστάσεώς ἀρχόμενος ἔφη φθινοπώρου περὶ ἰσημερίην καὶ ὑπὸ πλειάδος πολὺν ὑετὸν γενέσθαι. ὄντος γὰρ τοῦ φθινοπώρου περὶ ἰσημερίην καὶ δυοῖν μηνῶν, οὐκ εὐθέως ἀπ᾽ ἀρχῆς συνεισέβαλεν ἡ εἰρημένη κατάστασις, ἀλλὰ περὶ τὴν ἰσημερίαν ἤρξατο καὶ παρέτεινεν ἄχρι πλειάδος δύσεως ἡμέραις ὡς πεντήκοντα, ἐν Θάσῳ φθινοπώρου. κατὰ μὲν τὸν Κόϊντον οὔθ᾽ ἡ χώρα συνενδείκνυταί τι πρὸς τὴν τῶν νοσημάτων πρόγνωσιν οὔθ᾽ ὅλως δυνατόν ἐστι τὰ γενησόμενα προγνῶναι, μόνον δὲ τὸ γεγενῆσθαί τινα νοσήματα, διεφθαρμένης τῆς κατὰ φύσιν ἐν ταῖς ὥραις κράσεως. ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν ἰδέαν αὐτῶν οὐκ ἐκ μεθόδου λογικῆς, ἀλλ᾽ ἐκ πείρας μόνης φησὶν ἐγνῶσθαι. καὶ τάς τε τῶν δυσκρασιῶν ἐπιπλοκὰς, ἃς συνδρομὰς ὀνομάζουσιν οἱ ἐμπειρικοὶ τῶν ἰατρῶν, ἐξηγούμενοι τοὺς ἀφορισμοὺς, ἐκ

Romanos et Macedonas et Aſiaticos noſtrates et apud alias multas nationes. Itaque quum haec ſequentium orationum omnium communia a me dicta ſunt, ad propoſitam me referam orationem, in qua ab aëris ſtatu qui in Thaſo fuit incipiens inquit: *Autumno circiter aequinoctium et ſub vergilias pluviae multae.* Quum enim autumnus ad aequinoctium ſit duosque menſes ſortiatur, non quamprimum ab initio enunciatus ſtatus ſimul invaſit, ſed circa aequinoctium exortus eſt et adusque vergiliarum occaſum dies circiter quinquaginta perſeverant. *In Thaſo autumnus.* Quinti ſententia neque ad morborum praenotionem aliquid regio demonſtrat, neque prorſus fieri poteſt ut futuri morbi praenoſcantur, ſed ſolum morbi quidam, corrupto eo qui anni tempeſtatibus ſecundum naturam inerat temperamento. Interdum autem et ipſorum ideas non ex rationali methodo, ſed ex ſola experientia notas eſſe profert. Et vero etiam intemperierum implicationes, quas ſyndromas vel concurſus appellant empirici medici

πείρας ἔλεγον εὑρῆσθαι τῶνδέ τινῶν νοσημάτων αἰτίας γινομένας, οἷον ὅταν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, κατὰ τὸ θέρος ἔσονται πυρετοὶ ὀξεῖς καὶ ὀφθαλμίαι καὶ δυσεντερίαι. καὶ πάλιν· εἰ μὲν ὁ χειμὼν ἔπομβρος καὶ νότιος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ χειμέριον, αἱ μὲν γυναῖκες ἦσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἔαρ ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσι καὶ τἄλλα ὅσα τούτων ἐφεξῆς κατέλεξε, τέσσαρας μόνας διαφορὰς καταστάσεων γράψας, καίτοι παμπόλλων οὐσῶν, ὅπερ ἐχρῆν ἐνθυμηθέντα τὸν Κόϊντον ἐπισκέψασθαί τε καὶ ζητῆσαι, πρῶτον μὲν αὐτὸ δὴ τοῦτο παρὰ φύσιν ἐκτρεπομένων τῶν ὡρῶν, εἶθ᾽ εὑρόντα πλείους ζητῆσαι τὸν ἀριθμὸν ἁπασῶν, εἶτα σκέψασθαι διὰ τί τῶν τεττάρων ἐμνημόνευσε μόνων ὁ Ἱπποκράτης, ἐφ᾽ οἷς ἅπασιν εὑρεθεῖσι ζητῆσαί τινα μέθοδον, ᾗ χρώμενοι [10] τὰς τῶν ἄλλων ἁπασῶν καταστάσεων γνωρισόμεθα δυνάμεις. μόνος γὰρ ἂν οὗτος ἱκανῶς προγινώσκειν γινόμενα καὶ τὰς μελλούσας ἐπιδημήσειν νό-

qui aphorismos explicant, experimentis inventas esse praedicabant, quae quorundam morborum causae sint. Exempli gratia: *Quum hiems sicca quidem et aquilonia fuerit, ver autem pluvium et austrinum, aestate erunt febres acutae et lippitudines et dysenteriae.* Ac rursus: *Si hiems quidem pluviosa et austrina fuerit, ver autem squalidum et hiemale, mulieres quibus vere partus instat, quacunque occasione abortiunt*, et quae cetera deinceps recensuit, ubi duntaxat quatuor tempestatum differentias scripsit, etiamsi permultae sint, quod animadvertere Quintum oportebat, tum considerare, tum perquirere primum quidem anni tempestatum in statum qui praeter naturam sit mutationes, deinde pluribus inventis numerum omnium indagare, cur quatuor duntaxat meminerit Hippocrates, a quibus omnibus inventis aliquam methodum investigare liceret, qua usi ceterorum omnium statuum facultates cognosceremus. Hic enim solus tum ad eos qui creantur tum ad grassaturos in vulgus praenoscendos morbos erit idoneus, imo et

σους, ἀλλὰ καὶ προφυλάσσεσθαι καθ' ὅσον οἷόν τε πρὸς τὸ μηδ' ὅλως αὐταῖς περιπεσεῖν διὰ τῆς εἰρημένης ὁδοῦ προελθὼν, ἱκανῶς ἔσται μόνος, ἢ εἰ τοῦτ' ἀδύνατον εἴη, διὰ τὸ μέγεθος τῆς αἰτίας ὡς μετριωτάταις γοῦν ταύταις ἁλῶναι. ὅτι δὲ τὴν θεραπείαν τῶν νοσημάτων ὁ γυμνασθεὶς τὸν λογισμὸν οἷς εἶπον ἅπασιν ἄμεινον εὑρίσκει τῶν μηδὲν προεσκεμμένων οὐδὲ τοὺς ἐπιτυχόντας ἀγνοεῖν ἡγοῦμαι, μήτοι γε τοὺς νομίμως πεπαιδευμένους. ὅτι μὲν αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης οἶδε πλείους τῶν ἐν ἀφορισμοῖς γεγραμμένων τεσσάρων καταστάσεων ἐξ αὐτῶν τῶνδε τῶν βιβλίων, ἃ νῦν ἡμῖν ἐξηγεῖσθαι πρόκειται, γένοιτ' ἂν ἱκανῶς σαφές. ἐν μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ τῶνδε τὴν πρώτην ἔγραψε κατάστασιν, ὑπὲρ ἧς αὐτὸς εἶπεν ἐπὶ τῇ τελευτῇ· γενομένης δὲ τῆς ἀγωγῆς ὅλης ἐπὶ τὰ νότια καὶ μετὰ αὐχμῶν. δευτέραν δὲ, ἐν ᾗ πάλιν ἔφη· γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ βορείου. τρίτην δὲ ἀνώμαλόν τε καὶ ποικίλην, ἀρξαμένην μὲν ὀλίγον πρὸ ἀρκτούρου, ψυχρὰν καὶ ὑγράν. ἐφεξῆς δὲ γενομένην ἀπὸ τῆς φθινοπωρινῆς ἰσημερίας ἄχρι πλειά-

quoad fieri poffit, ad eos praecavendo arcendos, ne quis plane in eos incidat qui commemorata via procedit, aut fi hoc propter caufae magnitudinem affequi nequeat, faltem his commoderatiffimis afficiatur. Quod enim melius morborum curationem inventurus fit, quae in his a me proditis omnibus mentem exercitaverit quam qui nihil antea fint perfcrutati, neque plebejos ignorare arbitror, nedum probe inftitutos. Quod enim ipfe Hippocrates plures quam quatuor ftatus in aphorismis defcriptos noverit, ex his ipfis libris quos explicare propofuimus fatis patebit. In horum namque primo primum ftatum defcripfit, de quo ipfe in calce pronunciavit: *Quum autem totus hic ftatus ad auftrum et cum fqualoribus exifteret.* Secundum autem, in quo rurfum ait: *Quum vero totus annus frigidus et humidus et aquilonius*; tertium denique tum inaequalem tum varium, qui paulo ante arcturum coepit, frigidum et humidum. At deinceps factum ab autumnali aequinoctio ad pleiadum occafum ufque, prorfus auftrinum una cum

ματα πάντα ὅσα (377) πράττουσιν οἱ ἄνθρωποι διὰ χρείαν ἢ ἀνάγκην, εἴτε ναυτιλλόμενοι εἴτε γεωργοῦντες, ἢ οἰκοδομοῦντές τε καὶ τεκταινόμενοι, κυνηγετοῦντες ἢ φιλογυμναστοῦντες, ὡς λούεσθαι πολλάκις ἐν ὕδασι θερμοῖς ἢ ψυχροῖς. ἔνεστιν οὖν ἐφ' ὧν ἐπιτηδεύουσι τεκμήρασθαι περὶ τῆς κατὰ τὴν νόσον διαθέσεως. ὁ μὲν γὰρ ἐν ἀγρῷ διητημένος ὥρᾳ θέρους ἐν ἡλίῳ ὑπαίθριος καὶ πόνοις καὶ λεπτῇ διαίτῃ τὸν πικρόχολον χυμὸν μᾶλλον ἢ τὸν φλεγματικὸν ὅσον ἐπὶ τούτῳ ἠθροικέναι δύναται. ὅστις δ' ἔμπαλιν τῷδε κατὰ πόλιν, ἐν σκιᾷ λουόμενος δὶς τῆς ἡμέρας, ἀργῶς δ' ἐμπιπλάμενος διατελεῖ, τὸν φλεγματικὸν μᾶλλον, ἐπί τε δ' ἄλλων ἀνάλογον. ὅτι δὲ κἀκ τῆς ἡλικίας εἴς τε τὴν τῶν παρόντων διάγνωσιν καὶ τὴν τῶν ἐσομένων πρόγνωσιν οὐ σμικρὰν ὠφέλειαν ἔχομεν ἔκ τε τῶν ἀφορισμῶν μαθήσῃ, καθ' οὓς περὶ τῶν ἡλικιῶν διελέγετο, προεξηγησάμεθα δ' ἤδη τὸ βιβλίον. ἀλλὰ κἀκ τῶν λόγων ὧν ὁ κάμνων λέγει δυνατόν ἐστι πρὸς τὴν τῶν παρόντων διά-

duci. Vocitant autem omnia vitae inftituta, quaecunque faciunt homines aut utilitate aut neceffitate ducti, qui vel navigant vel terram colunt aut aedificant et fabrificant aut venantur aut lubenter fefe exercent, ut qui faepius in aquis calidis aut frigidis lavantur. Itaque licet ex his ad quae ftudia fua conferunt, de morbi difpofitione conjectare. Qui namque in agro egit aeftate in fole apricatus, in laboribus et victu tenui, is amaram bilem potius quam in pituitofum humorem, quantum in ipfo fuit, collegiffe poteft. Contra vero qui urbem incoluerit, in umbra bis die lotus, atque in otio fefe perfecte cibis impleverit, is pituitofum magis accumulaffe poteft, fed et in caeteris eadem eft ratio. Quod autem et ex aetate ad praefentium dignotionum et futurorum praenotionem non parvum emolumentum habeamus, disces ex aphorismis, in quibus de aetatibus differuit. Jam vero librum hunc antea expofuimus. Quin et ex verbis ab aegrotante prolatis tum ad praefentium dignotionem tum

γνωσιν καὶ πρὸς τὴν τῶν μελλόντων πρόγνωσιν ὠφελεῖσθαι. συνῆπται δ' ἡ σημείωσις αὕτη καὶ κοινωνεῖ τῇ κατὰ τὸ ἦθος. ἐὰν μὲν γὰρ κατὰ τὸ ἦθος ὃ πρόσθεν ἐτύγχανεν ἔχων ἐν τῷ ὑγιαίνειν ὁ κάμνων οἱ λόγοι φαίνονται γιγνόμενοι, χαλεπὸν οὐδὲν ἔσεσθαι προσδοκήσομεν, εἰ δ' ἐναντίους τῶν ἐθῶν ὁ κάμνων λόγους λέγει, μοχθηρὸν τὸ σημεῖον. ὑπόνοια γάρ τις ἡμῖν ἐκ τούτου γίγνεται βεβλάφθαι τὴν διάνοιαν αὐτοῦ, τὸ δὲ τρόποισιν ἐφεξῆς εἰρημένων ἴδωμεν τί σημαίνει. χρῶνται γὰρ οἱ παλαιοὶ τῇ φωνῇ ταύτῃ κατὰ δυοῖν σημαινομένων, ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος αὐτὸ φέροντες, ἐνίοτε δ' ἐπὶ τὰς διαφορὰς ἢ τὰς ἰδέας τοῦ προκειμένου κατὰ τὸν λόγον πράγματος, οἷον εἰ περὶ διαίτης ὁ λόγος. τρόπους διαίτης εἰπὼν ὁ συγγραφεὺς τὰς διαφορὰς αὐτὰς ἢ τὰς ἰδέας δηλοῖ, καθάπερ γε καὶ εἰ πυρετῶν εἴποι τρόπους εἶναι πολλοὺς τὰς διαφορὰς τούτων ἢ τὰ εἴδη σημαίνει. καὶ τοίνυν ἤτοι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη δηλοῖ διὰ τοῦ φάναι τρόποισιν, ἢ τὰς τῶν λόγων διαφορὰς, ἐπειδὴ περὶ λόγων προεί-

ad futurorum praenotionem juvari poſſumus. At ipſa ſignificatio illi quae ex moribus ducitur conjuncta eſt et communicat. Si namque ſermones aegrotanti ſint quos pro more per ſanitatem habuerit, nihil periculoſum fore ſpectabimus, ſi vero conſuetis contrarios aeger proferat, pernicioſum ſignum eſt: quaedam enim ſuſpicio nobis inde eſt laeſam eſſe ipſius mentem. Quod autem deinceps *τρόποις*, hoc eſt modis, ab Hippocrate pronunciatum eſt, quid id ſignificet videamus. Hac enim voce veteres in duobus ſignificatis utuntur: interdum quidem ad animi mores referunt, interdum vero ad differentias vel ideas rei de qua agitur praeſentis, ut ſi de victus ratione ſit oratio. Auctor ſi victus rationes *τρόπους* dicat, ipſius differentias vel formas declarat, quemadmodum etiam ſi febrium *τρόπους* multos eſſe dixerit, harum differentias vel species ſignificat. Hoc itaque loco vel animi mores ſignificat per verbum *τρόποισι* vel ſermonum differentias, quoniam de ſermone mentionem fecit, ac ſi ita dixerit:

ρηκεν, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἶπε, λόγοισι καὶ ταῖς τῶν αὐτῶν ἢ διαφοραῖς. διαφορὰς γὰρ ἢ ἰδέας ἢ εἴδη κατὰ τὸ παρὸν οὐ διοίσει λέγειν, ἁπάντων τούτων γιγνομένων ἐν τῇ τομῇ τῶν γενικῶς νοουμένων. ὥσπερ δ᾽ οἱ λόγοι διδάσκουσί τι περὶ τῆς διαθέσεως τοῦ νοσοῦντος, οὕτω καὶ ἡ σιγὴ παρὰ φύσιν ἢ κατὰ φύσιν οὖσα τῷ κάμνοντι. τῷ μὲν γὰρ φύσει σιω- [84] πηλῷ κατὰ φύσιν ἐστὶ, τῷ δ᾽ ἐναντίῳ παρὰ φύσιν. ὥστε τούτῳ μὲν ἤτοι νωθρότης τίς ἐστι καταφορικὴ, δι᾽ ἣν σιωπᾷ παρὰ φύσιν, ἢ μελαγχολίας ἀρχὴ, τῷ δὲ σιωπηλῷ τὸ μὴ σιωπᾷν, ἀλλὰ πλείω φθέγγεσθαι τῶν εἰωθότων παρακρουστικόν. ἑξῆς δ᾽ εἰπὼν διανοήματα οὐκ αἰσθητὸν οὐδὲ φαινόμενον ἐδήλωσεν, ἀλλ᾽ ἐκ τεκμηρίων εὑρισκόμενον πρᾶγμα. τεκμήριον δέ ἐστιν ὃ ἀποφθέγγονταί τε καὶ πράττουσιν οἱ κάμνοντες. παραγενόμενος γοῦν τις ἡμῶν ἕωθεν, ὡς ἔθος, ἐπὶ τὴν ἐπίσκεψιν αὐτοῦ δι᾽ ὅλης ἔφη τῆς νυκτὸς ἠγρυπνηκέναι, σκοπούμενος, εἰ δόξειε τῷ Ἄτλαντι κάμνοντι μηκέτι βαστάζειν τὸν οὐρανὸν, ὅ τι ποτ᾽

ſermonibus et ex eorum ſpeciebus vel differentiis; differentias enim vel formas vel ſpecies in praeſenti nihil refert dicere, quum haec omnia fiant in eorum ſectione quae generaliter intelliguntur. Quemadmodum autem ſermones de aegrotantis diſpoſitione quidpiam docent, ſic et taciturnitas quae praeter naturam vel ſecundum naturam in aegro comperitur. Haec enim natura taciturno ſecundum naturam eſt, contrario vero praeter naturam. Quare huic veternus quidam atque in ſomnum propenſio eſt, ob quam tacet praeter naturam aut melancholiae principium. Taciturno autem non tacere, ſed plura quam conſuetum ſit loqui, mentis vacillationem portendit. Quum deinceps *διανοήματα*, hoc eſt cogitationes ſeu imaginationes dicit, rem neque ſenſibilem, neque apparentem declaravit, ſed quae conjecturis reperitur. Conjectura autem eſt, quod aegri tum eloquuntur tum agunt. Nam quum quis noſtrum mane aegrum de more inviſiſſet, is tota nocte ſeſe invigilaſſe dixit, dum cogitaret quidnam contingeret, ſi

ἂν συμβαίνῃ. τοῦτο εἰπόντος αὐτοῦ συνήκαμεν ἀρχήν τινα μελαγχολίας εἶναι. παραπλησίως δὲ καὶ διὰ τῶν ἔργων ὧν πράττουσιν οἱ κάμνοντες ἐνδείκνυται τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος. ἑξῆς δὲ τούτων ὁ συγγραφεύς φησιν, ὕπνοισιν οὐχ ὕπνοισι, περὶ ὧν οὐδὲν ἐνταῦθα θέλω λέγειν, ἔν τε τοῖς ἀφορισμοῖς κἀν τῷ προγνωστικῷ καὶ τοὺς ὕπνους τε καὶ ἀγρυπνίας προεξηγημένος. ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἐνυπνίων προεξήγημαι, τῶν τ᾽ ἄλλων καὶ ὅσα διάθεσίν τινά τοῦ σώματος ἐνδείκνυται, καθάπερ κἀν τῷ περὶ διαίτης ὑγιεινῶν γέγραπται. πυρκαϊὰς μὲν γάρ τις ὁρῶν ὄναρ ὑπὸ τῆς ξανθῆς ὀχλεῖται χολῆς, καπνοὺς δὲ ἢ γνόφους ἢ βαθέα σκότον ὑπὸ τῆς μελαίνης χολῆς, ὄμβρους δὲ ψυχρὰν ὑγρότητα πλεονάζειν ἐνδείκνυται, καθάπερ γε καὶ εἰ χιόνα καὶ κρύσταλλον καὶ χάλαζαν, φλέγμα ψυχρόν· ἐν χωρίῳ δὲ δοκῶν εἶναι δυσώδει σηπεδόνα χυμῶν, λόφους δ᾽ ἀλεκτρυόνων ἤ τινα πυῤῥὰ αἷμα πλεονάζειν. ζοφώδη δέ τινα ὁρᾷν ἢ ἐν ζοφώδεσι τόποις ἵστασθαι πνεύματα δηλοῖ. διὸ καὶ προσέθηκε τῷ

Atlanti feſſo non amplius coelum ſuſtinendum videretur. Hoc quum diceret, quoddam melancholiae principium eſſe intelleximus. Simili modo et operibus quae aegri faciunt animi mores produntur. Haec ſequentibus auctor loquitur ſomnis et vigiliis, de quibus nihil hic dicere intendo tum quod in aphorismis tum in prognoſtico et ſomnos et vigilias ante expoſuerim. Praeterea de inſomniis prius expoſui tum aliis tum iis quae corporis affectum quendam produnt, quemadmodum et in libro de ſanorum victu ſcriptum eſt. Si quis enim per inſomnia rogos viderit, a flava bile infeſtatur; ſi fumum vel caliginem vel profundas tenebras, ab atra bile; ſi imbres, frigidum humorem redundare oſtendit, ut ſi nivem, glaciem et grandinem, frigidam pituitam; ſi in foetido loco eſſe videatur, humorum putredinem; ſi gallorum gallinaceorum criſtas aut rufa quaedam, ſanguinem redundare; ſi caliginoſa quaedam videre videatur, aut in caliginoſis eſſe locis, flatus indicat. Quare et verbo inſomniis adjecit quibus et quando,

ἐνυπνίοις τίσι καὶ ὅτε, τὸ μὲν τίσι τὰς διαφορὰς αὐτῶν ἐνδεικνύμενον καὶ μὴ προσθέντος αὐτοῦ πρόδηλον ἦν, τὸ δ' ὅτε τὸν καιρὸν ἐν ᾧ γίνεται τὰ ἐνύπνια, τουτέστιν εἴτε κατὰ τὴν εἰσβολὴν τῶν παροξυσμῶν εἴτε κατὰ τὴν ἀκμὴν εἴτ' ἐν ἄλλῳ τινὶ καιρῷ. καὶ εἰ μετὰ τροφὴν καὶ τοιάνδε τινὰ τροφὴν εὐθέως ἢ χωρὶς τροφῆς, γίνεται γάρ τις ἔνδειξις ἐκ τούτων. ὁ γοῦν χιονίζεσθαι δοκῶν, εἰ ἐν εἰσβολῇ παροξυσμοῦ μετὰ ῥίγους ἢ φρίκης ἢ καταψύξεως γιγνομένου τοῦτο φαντασθῇ, τῷ καιρῷ τὸ πλέον, οὐ τῇ διαθέσει τοῦ σώματος ἀναφέρειν χρή. κατὰ μέντοι τὴν παρακμὴν τοιοῦτον ὄναρ θεασάμενος βεβαιοτέραν ἡμῖν ἔνδειξιν ἐργάζεται τῆς τῶν ἐπικρατούντων χυμῶν ψυχρότητος. ἔτι δὲ μᾶλλον, ἐὰν μὴ ἐδηδοκὼς ᾖ τῶν φλεγματικῶν ἐδεσμάτων ὧν ἐν τῇ γαστρὶ περιεχομένων, ἐνδέχεταί τινι τοιαύτην γίνεσθαι φαντασίαν, καίτοι τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διαθέσεως οὐκ οὔσης ὁμοίας. τὸ δὲ τιλμοῖσιν, ὅπερ ἐφεξῆς εἴρηται προεξήγημαι κἂν τοῖς περὶ χυμῶν ὑπομνήμασιν, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν νῦν εἰρημένων, ἐπί τε τῶν κροκυδιζόν-

ut verbum, quibus eorum differentias demonftret; quod fi id adjectum non effet, etiam manifeftum exifteret. Quando vero tempus indicat, quo fiunt infomnia, hoc eft vel primo acceffionis infultu vel in vigore vel alio tempore; atque fi poft cibum et talem quendam cibum ftatim vel absque cibo; fit enim quaedam ex his demonftratio. Itaque qui nive fpargi videtur, fi in acceffionis ingreffu cum rigore vel horrore vel frigore fieri id fibi videat, ad tempus magis quam ad corporis affectum referre oportet. Si vero in declinatione tale infomnium confpexit, certius nobis indicium facit humorum frigore exfuperantium; atque magis etiamnum, fi pituitoforum ciborum nihil ederit, qui fi in ventre contineantur, fieri poteft ut cuidam talis fiat vifio, etiamfi in univerfo corpore nulla fit fimilis affectio. Quod autem deinceps dicitur, vellicationibus antea explicui et in commentariis de humoribus, quemadmodum et alia multa eorum, quae nunc enunciata funt;

Ed. Chart. IX. [84. 85.] Ed. Bas. V. (377.)

των καὶ καρφολογούντων εἰρῆσθαι δυνάμενα καὶ τῶν ὁτιοῦν μέρος αὐτῶν τιλλόντων, ἐν ᾧ διάθεσίς τις ἐστιν ὀδυνώδης ἐν βάθει. πολλάκις δὲ καὶ πύου περιεχομένου κατὰ τὸ μόριον ἤ τινος ἄλλου δριμέος χυμοῦ τίλλουσι τὸ μέρος, ὥσπερ γε καὶ λόγῳ παραφροσύνης ἐστὶν ὅτε. τὸ δὲ κνησμοῖσι [85] μετὰ τοῦτο γεγραμμένον ἐνδείκνυται χυμοὺς ὀδαξέοντας εἶναι κατὰ τὸ δέρμα, δι' οὓς κνῶνται. περὶ δακρύων ἐμάθομεν ἤδη τῶν ἑκουσίων τε καὶ ἀκουσίων, ὁποῖόν τι σημαίνειν ἑκάτερον πέφυκεν, ὥσπερ γε καὶ περὶ τῆς ἰδέας τῶν παροξυσμῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ διαχωρημάτων καὶ οὔρων καὶ πτυέλων καὶ τῶν ἐμουμένων αὐταρκέστατα διὰ τοῦ προγνωστικοῦ δεδήλωται, μετὰ τοῦ καὶ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς εἰρῆσθαι πολλάκις καὶ κατὰ τὸ προῤῥητικόν. ἐφεξῆς δὲ λέγοντος αὐτοῦ καὶ ὅσαι ἐξ οἵων εἰς οἷα διαδοχαὶ νοσημάτων καὶ ἀποστάσιες ἐπὶ τὸ ὀλέθριον καὶ κρίσιμον, ἀναμιμνήσκεσθαι χρὴ κἀνταῦθα τῶν προδιδαχθέντων, ἐν οἷς προεξηγήμεθα. διαδοχαὶ γοῦν ὀλέθριοί τε καὶ κρίσιμοι

quae et floccos carpentibus et festucas legentibus dici valent aut etiam de vellicantibus qualemcunque suam partem, in qua quidam affectus dolorificus profundum occupat. Saepe vero etiam vellicant et partem in qua pus continetur, aut alius quidam acris humor, quod utique et interdum desipientiae ratione contingit. Quod autem postea scriptum est, pruritibus mordentes esse in cute humores, quibus pruriunt, ostendit. De lacrymis tum spontaneis tum invitis quidnam utraeque significare consueverint jam didicimus, quemadmodum et de accessionum formis, imo de dejectionibus, urinis, sputis et vomitionibus sufficientissime in prognostico demonstratum est, simulque in aphorismis et in prognostico dictum. Postea vero ipso dicente et quae, ex quibus, in quos morborum successiones et abscessus ad perniciem aut ad judicium hic ad memoriam revocanda sunt quae ante docuimus, in quibus prius enarrationes fecimus. Successiones itaque morborum fiunt tum perniciosae tum judicatoriae et ex morborum

γίνονται νοσημάτων, κατά τε τὴν τῶν νόσων αὐτῶν διαφορὰν καὶ τοὺς πάσχοντας τόπους. ἡ μὲν γὰρ εἰς ἐπιεικέστερα νοσήματα καὶ τόπους ἀκυρωτέρους διαδοχὴ σωτήριος· εἰ δ᾽ εἰς χαλεπώτερά τε νοσήματα καὶ τόπους κυριωτέρους, ὀλέθριος. οὕτω δὲ καὶ ἀποστάσεις αἱ μὲν κατ᾽ ἔκρουν, ἀμείνους, αἱ δὲ κατ᾽ ἀπόθεσιν ἧττον ὠφέλιμοι. τούτων δ᾽ αὐτῶν αἱ μὲνποῤῥωτέρω τε τοῦ κάμνοντος τόπου καὶ εἰς ἄκυρα μόρια πάσχοντος ἀγαθαὶ, αἱ δ᾽ ἐναντίαι τούτων μοχθηραί. καὶ μὴν καὶ τὰ τούτων ἐφεξῆς εἰρημένα κατὰ τὸ σύγγραμμα πᾶν (378) ἐπὶ πλεῖστον ἐξειργασάμεθα δι᾽ ὧν προεξήγημαι βιβλίων. ἔν τε γὰρ ἀφορισμοῖς καὶ προγνωστικῷ περί τε τοῦ ῥίγους καὶ τῶν ἱδρώτων καὶ βηχὸς καὶ πταρμοῦ καὶ λυγμοῦ, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις πραγματείαις ἃς ἐποιησάμεθα καὶ περὶ τούτων μὲν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὅσα χρήσιμα πρός τε τὰς διαγνώσεις καὶ προγνώσεις ἐστίν. ἐφεξῆς δὲ πάλιν ψύξεως αὐτοῦ μνημονεύσαντος ἐπισκεπτέον, ἆρά γε τοῦ παντὸς σώματος ψύξις, ὡς διακαίεσθαι τὸ βάθος ἢ τῶν ἀκρωτηρίων ἀκούειν προσῆκεν ἢ περὶ πάντων

ipſorum differentia et locis affectis. Nam ſucceſſio in morbos leviores et locos ignobiliores ſalutaris eſt, in graviores vero morbos et locos principaliores pernicioſa. Ita vero et abſceſſus qui per effluxum quidem fiunt meliores, per decubitum vero minus commode. Atque horum ipſorum a loco quidem affecto remotiſſimi et in partes laborantis ignobiles boni ſunt, his vero contrarii pravi. At vero quae deinceps per totum opus pronunciata ſunt, ampliſſime his in libris a me prius explanatis enarravimus, nimirum in aphorismis et prognoſtico, de rigore, ſudoribus, tuſſi, ſternutamento et ſingultu. In ceteris vero a nobis conditis tractatibus et de his quidem, imo et de aliis omnibus, quae tum ad dignotiones tum praenotiones conducant diximus. Quum autem deinceps rurſum frigoris eſſe meminerit, animadvertendum eſt utrumne frigus univerſi corporis intelligere conſentaneum ſit, ut profundum inardeat, an partium extremarum, an de his omni-

Ed. Chart. IX. [85.] Ed. Bas. V. (378.)

τούτων λέγειν αὐτὸν ἄμεινόν ἐστιν ὑπολαβεῖν. ἄλλο μὲν γάρ τι σημαίνει ψύξις ἐν ἀρχῇ παροξυσμοῦ, ἄλλο δ' ἐν παρακμῇ γενομένη, καθάπερ γε καὶ εἰ διὰ παντὸς τοῦ παροξυσμοῦ παραμένοι καὶ αὐτὴ, σημεῖόν ἐστιν οὐκ ἀγαθὸν, ὥσπερ γε καὶ εἰ τοιαύτης οὔσης αὐτῆς ἀεὶ διακαίοιτο τὸ βάθος, ὑπὲρ ὧν ἁπάντων οἷς ἐξηγησάμεθα καὶ κατὰ τὴν περὶ κρίσεων πραγματείαν εἴρηται. πνεύματα δ' ὅταν εἴπῃ, τὰς περὶ τῆς ἀναπνοῆς διαφορὰς ἀκουστέον. ἐπειδὴ δὲ τῶν φυσῶν ἐφεξῆς ἐμνημόνευσε καὶ αὗται τοῦ γένους εἰσὶ τῶν πνευμάτων. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐν τοῖς εἰς τὸ προγνωστικὸν καὶ τῇ περὶ δυσπνοίας πραγματείᾳ καὶ τῇ περὶ τῆς κατὰ ἀναπνοὴν πνευμάτων διαφορᾶς, ὥσπερ γε καὶ περὶ φυσῶν ἐν τῷ προγνωστικῷ. καὶ ἐρυγαὶ δὲ τοῦ γένους μὲν εἰσὶ τῶν πνευμάτων καὶ κατὰ τοῦτο κοινωνοῦσί πως τῆς κατὰ τὴν ἀναπνοὴν, ἐν εἴδει δὲ φυσωδῶν πνευμάτων ὑπάρχουσαι πάλιν κατὰ τοῦτο κοινωνοῦσι ταῖς φύσαις, ὥστε καὶ αὗται δηλοῦσι φυσῶδες ἐν τῇ κοιλίᾳ τῇ ἄνω γεννᾶσθαι πνεῦμα.

bus ipſum verba facere ſatius ſit exiſtimare. Aliud enim quiddam ſignificat frigus in acceſſionis principio, aliud vero in declinatione, quemadmodum etiamſi per totam acceſſionem ipſum permanſerit, non bonum ſignum eſt, ſic et ſi tali eo exiſtente perpetuo profunditas inuratur. De quibus omnibus in libris quos explanavimus et in opere de judiciis enunciatum eſt. Quum autem ſpiritus protulit, reſpirationis differentiae intelligendae ſunt. Quoniam vero flatuum deinceps mentionem fecit, hi quoque in ſpirituum ſunt genere. De his autem in prognoſtici commentariis dictum eſt, et in libro de ſpirandi difficultate, de ſpirituum in reſpiratione differentiis, ut et de flatibus in prognoſtico. Ructus quoque et in ſpirituum genere exiſtunt ob idque cum reſpirationis ſpiritibus quodam modo communicant. Quatenus autem in flatulentorum ſpirituum ſunt genere, eatenus cum flatibus communicant: quare et ipſi flatulentum in ventre ſuperiori procreari ſpiritum oſtendunt. Quod autem in textus fine

καὶ τὸ κατὰ τὴν τελευτὴν τῆς ῥήσεως εἰρημένον εὔδηλον. αἱμοῤῥαγίαι τε γὰρ καὶ αἱμοῤῥοΐδες ὅπως αἱ μὲν ἐπ' ὠφελείᾳ γίνεσθαι πεφύκασιν, αἱ δ' ἐπὶ βλάβῃ μεμαθήκαμεν.

β'.

[86] *Πυρετοὶ οἱ μὲν συνεχέες, οἱ δὲ ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι, νύκτα ἔχουσιν, ἡμέραν διαλείπουσιν. ἡμιτριταῖοί τε καὶ τεταρταῖοι, πεμπταῖοι, ἑβδομαῖοι καὶ ἐναταῖοι.*

Καὶ τῷ τοῦ συνεχοῦς ὀνόματι καὶ τῷ τοῦ διαλείποντος οἱ παλαιοὶ διττῶς φαίνονται χρώμενοι. συνεχεῖς γοῦν ὀνομάζουσι πυρετοὺς ἐνίοτε μὲν ἅπαντας ὅσοι μὴ λήγουσιν εἰς ἀπυρεξίαν, ἐνίοτε δ' οὐχ ἅπαντας τοὺς μὴ λήγοντας εἰς ἀπυρεξίαν, ἀλλ' ἐκείνους μόνους ἐξαιρέτως, ὅσοι μηδεμίαν ἴσχουσι μεταβολὴν ἄχρι κρίσεως. οὕτω δὲ καὶ διαλεί-

pronunciavit, patet omnibus. Etenim haemorrhagiae et haemorrhoides quomodo auxiliari quidem consueverunt, ea et laesionem adferre, ut didicimus.

II.

Febres quaedam continuae sunt, quaedam interdum obsident, noctu intermittunt. Aliae noctu prehendunt, interdiu intermittunt. Sunt et semitertianae, tertianae, quartanae, quintanae, septimanae et nonanae.

Continuae et intermittentes nomine bifariam veteres uti videntur. Continuas namque febres appellant interdum quidem omnes quae ad integritatem non desinunt, interdum vero non omnes quae ad integritatem febris non desinunt, sed illas solas praecipue quae adusque judicium nullam permutationem sortiuntur. Ita vero et intermittentes interdum quidem illas solas nominant,

ποντας, ἐνίοτε μὲν ἐκείνους μόνους ὀνομάζουσι τοὺς εἰς ἀπυρεξίαν παυομένους, ἐνίοτε δὲ τοὺς μὴ παυομένους εἰς ἀπυρεξίαν, ἀξιολόγους δὲ μεταβολὰς ποιουμένους τῶν κατὰ μέρος παροξυσμῶν, εἰς ἀρχήν τε καὶ ἀνάβασιν, ἀκμήν τε καὶ παρακμήν. ἔνιοι δὲ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν τοὺς μηδεμίαν ἀξιόλογον ἴσχοντας μεταβολὴν οὐ συνεχεῖς, ἀλλὰ συνόχους ὀνομάζουσι, συνεχεῖς δὲ μόνους ἐκείνους, ὅσοι μετ' εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι καὶ διαλιμπάνουσι τοῖς κατὰ μέρος παροξυσμοῖς. τούτους οἱ παλαιοὶ ποτὲ μὲν συνεχεῖς ὀνομάζουσι, ποτὲ δὲ διαλείποντας. εἰσὶ γὰρ ὄντως ἐν τῷ μέσῳ τῶν συνεχῶν καὶ τῶν εἰς ἀπυρεξίαν παυομένων. εἰκότως οὖν ὅταν μὲν τοῖς συνέχοις παραβάλλωνται, διαλείποντες καλοῦνται, ὅταν δὲ τοῖς εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι, συνεχεῖς. ἐν δὲ τῇ προκειμένῃ ῥήσει πυρετῶν διαφορὰν γράφων ὁ Ἱπποκράτης ἐνίους μὲν αὐτῶν φησιν εἶναι συνεχεῖς, εἰσὶ γὰρ ὄντως πολλοὶ συνεχεῖς κατὰ ἀμφότερα τὰ σημαινόμενα τοῦ συνεχοῦς, ἐνίους δ' ἤτοι

quae ad apyrexiam desinunt, interdum vero quod ad integritatem non desinunt, sed insignes faciunt singularum accessionum mutationes in principium, incrementum, vigorem et remissionem. At ex recentioribus medicis nonnulli febres nullam insignem mutationem sortitas non continuas, sed continentes appellant, continuas vero solas illas, quae ad integritatem non desinunt et particularibus accessionibus intermittunt. Has prisci continuas aliquando vocitant, aliquando intermittentes. Sunt enim revera inter continuas et eas quae ad integritatem desinunt mediae. Jure itaque ubi cum continentibus conferuntur intermittentes vocantur, ubi vero cum his quae ad integritatem desinunt, continuae. Hoc autem in praesenti textu febrium differentias scribens Hippocrates, earum nonnullas ait esse continuas, (sunt enim vere continuae secundum utrumque continui significatum) nonnullas autem vel noctu vel interdiu intermittere. Ex quibus quae ad integritatem non desinunt, eas quidem recentio-

τὴν νύκτα διαλιπεῖν ἢ τὴν ἡμέραν, ὧν τοὺς μὲν εἰς ἀπυρεξίαν μὴ λήγοντας ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἰατρῶν μεθημερινοὺς ἢ καθημερινοὺς ὀνομάζουσι, τοὺς δὲ λήγοντας ἀμφημερινοὺς, τῆς τοιαύτης λεπτολογίας τῶν ὀνομάτων οὐκ οὔσης παρὰ τοῖς παλαιοτέροις. τοῦ γὰρ διαλείπειν διχῶς νοουμένου τε καὶ λεγομένου, καθότι προείρηται, τοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἢ νύκτα παροξυνομένους διαλείποντας ἐροῦμεν, ἐάν τ' εἰς ἀπυρεξίαν, ἐάν τ' εἰς καλουμένην ἔνδοσιν ἥκωσιν, εἶθ' ἑξῆς καταλέγει διαφορὰς πυρετῶν ἑτέρας τῶν προειρημένων, ἡμιτριταίων, τριταίων, τεταρταίων, πεμπταίων, ἑβδομαίων καὶ ἐναταίων μνημονεύων. τριταῖοι μὲν καὶ τεταρταῖοι σαφῶς εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι, τῶν δ' ἡμιτριταίων ἔνιοι μὲν ἀμφοτέραις ἄγουσι ταῖς διαγωγαῖς, ἔνιοι δὲ κατὰ τὴν ἑτέραν μόνην τῶν μὴ ληγόντων εἰς ἀπυρεξίαν. ἐὰν δ' ἐννοήσαις ὅτι καθάπερ ἐπὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν παροξυνομένων ἐνίους μὲν εἰς ἀπυρεξίαν ἔφη λήγειν, ἐνίους δ' εἰς ἔνδοσιν, οὕτω καὶ τῶν διὰ τρίτης ἢ διὰ τετάρτης τίς ἐστι διαφορὰ, γνώσῃ σαφῶς οὐ περὶ πράγματος εἶναι τὴν

res medici diurnas, quae vero defìnunt, illas quotidianas, tali minuta et fubtili nominum difputatione apud veteres non exiftente. Nam quum intermittere duobus modis tum intelligatur tum dicatur, prout fupra enunciatum eft, quae fingulis diebus aut noctibus exacerbantur febres, eas intermittentes dicemus, five ad apyrexiam, five ad remiffionem vocatam pervenerint. Deinde ferie connumerat a praedictis alias febrium differentias, femitertianas, tertianas, quartanas, quintanas, feptimanas et nonanas commemorans. Tertianae quidem et quartanae manifefte ad integritatem defìnunt. Semitertianarum vero quaedam utraque incedunt via; nonnullae altera earum fola quae ad integritatem non defìnunt. Nam fi animadverteris quod ut in quotidie exacerbantibus, alias quidem ad integritatem venire pronunciat, alias autem ad remiffionem, ita et quaenam fit earum quae tertio aut quarto quoque die invadunt differentia, cognofces plane non de

Ed. Chart. IX. [86. 87.] Ed. Baf. V. (378.)
ζήτησιν, ἀλλὰ σημαινομένου πρὸς τῆς ἡμιτριταίου φωνῆς. τούς γε μὴν διὰ τε- [87] τάρτης παροξυνομένους ἴσμεν εἰς ἀπυρεξίαν λήγοντας, ὡς τὸ πολὺ καὶ σπανιώτατά τις ὤφθη τῶν διὰ τετάρτης παροξυνομένων, μὴ λήγων εἰς ἀπυρεξίαν. οὐ μὴν ἐπί γε τῶν διὰ τρίτης ὁμοίως ἔχει, πάμπολλαι γάρ εἰσι διαφοραί. ἐν τούτοις μὲν οὖν, ὡς ἔφην, οὐ περὶ πράγματος, ἀλλὰ περὶ σημαινομένου καὶ ὀνόματός ἐστιν ἡ ζήτησις, οὓς τῶν προειρημένων πυρετῶν ὀνομάζειν προσήκει τριταίους, ἡμιτριταίους καὶ τριταιοφυεῖς. οὕτω δὲ καὶ οὔτε πεμπταίους ἢ ἑβδομαίους ἢ ἐναταίους λέγει τινὰς εἶναι πυρετοὺς, οὐ περὶ ὀνόματός ἐστι σημαινομένου ζήτησις, ἀλλὰ περὶ πράγματος. ἔνιοι μὲν γὰρ τῶν ἰατρῶν οὐδέποτέ φασιν ἑορακέναι τῆς τετάρτης ἡμέρας ἐξωτέρω προϊοῦσαν οὐδεμίαν περίοδον, ἔνιοι δέ φασιν, ὥσπερ καὶ Ἱπποκράτης. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ μειρακίου μέχρι δεῦρο παραφυλάττων, ἑβδομαίαν ἢ ἐνάτην οὐδ' ὅλως εἶδον οὔτε σαφῶς οὔτ' ἀμφιβόλως. πεμπταίας δὲ περιόδους ἐθεασάμεθα ἀμφιβόλους.

re, fed de fignificato vocis femitertianae quaeftionem effe. Nam quae quarto quoque die invadunt, fcimus eas ad apyrexiam longo tempore defínere, rariffimeque ex his quae quarto quoque die invadunt, vifa eft aliqua, quae ad integritatem non defineret. Res in his quae tertio quoque die accedunt, non fimiliter fe habet: nam permultae funt differentiae. In his igitur non de re, fed de fignificato et nomine eft quaeftio, quasnam ex praedictis febribus appellare conveniat, tertianas, femitertianas et tritaeophyas. Sic quum quasdam febres dicit quartanas aut feptimanas aut nonanas effe, non de nomine fignificato, fed de re quaeftio ftatuitur. Nonnulli fiquidem medici profitentur fe nullum omnino circuitum ultra quartum diem confpexiffe; nonnulli vero, quemadmodum Hippocrates, fententiam proferunt. Ego vero et ab adolescentia hucusque ufus obfervatione nullum ipfe vidi feptumanum, nullum nonanum, neque perfpicue neque

οὐ μὴν ἀκριβῶς τε καὶ σαφῶς, ὡς ἀμφημερινὰς καὶ τριταίας καὶ τεταρταίας. οὐ μὴν οὐδὲ λογικῆς ἀποδείξεως ἡγοῦμαι δεῖσθαι τὸ πρᾶγμα τὴν κρίσιν ἐκ πείρας λαμβάνον. εἰ μὲν γὰρ ἀκριβῶς ἑόρακέ τις πολλάκις, ἤτοι δι᾽ ἑβδόμης ἢ ἐνάτης ἡμέρας τοὺς παροξυσμοὺς γινομένους, οὐ γὰρ δὴ δὶς ἢ τρὶς εἴη ἂν οὗτος πεπεισμένος εἶναί τινας καὶ τοιαύτας περιόδους. εἰ δ᾽ οὐχ ἑόρακεν ἐκ νεότητος εἰς γῆρας ἐπεσκεμμένος ἀῤῥώστους οὕτω πυρεταίνοντας παμπόλλους, εὔδηλον αὐτῷ τοῦτο πάλιν, ὡς οὐ γίνονται περίοδοι τοιαῦται. πρὸς δ᾽ οὖν τὸν Ἱπποκράτην τάχα καὶ λογικὴν ἄν τις ἀπόδειξιν εἴποι, καθάπερ ὁ Διοκλῆς. ἐπὶ τίσι γὰρ ἐρεῖς τοῖσι σημείοισιν ἢ χυμοῖσι τὴν πεμπταίαν ἢ ἑβδομαίαν ἢ ἐναταίαν γίνεσθαι περίοδον οὐχ ἕξεις. οὐ μὴν οὐδ᾽ ἔγραψέ τινα ἡμῖν ἄῤῥωστον οὕτω νοσήσαντα, καίτοι γ᾽ ἐχρῆν, ὥσπερ ἄλλων πολλῶν καθολικῶν θεωρημάτων παραδείγματα διὰ τῶν κατὰ μέρος ἐδίδαξεν, οὕτω κἀπὶ τούτων ποιῆσαι. γινώσκειν μέν-

obſcure neque ambigue. Quintanos autem circuitus vidimus ambiguos, non tamen exacte neque manifeſte, ut quotidianos, tertianos et quartanos. Rem tamen logica demonſtratione non egere cenſeo, quae ab experientia judicium aſſumit. Si quis enim accurate multoties conſpexerit aut ſeptimo aut nono quoque die acceſſiones oboriri (non enim ſemel, bis aut ter ſatis ſit) perſuaſus is ſane fuerit, quosdam et tales eſſe circuitus. At ſi a juventute ad ſenectutem non viderit quos inviſit aegros ita febricitare multos, conſtat hoc illi e contrario quod ſcilicet non fiant hujusmodi circuitus. Fortaſſis itaque adverſus Hippocratem logica demonſtratione aliquis diſſeruerit, ut Diocles. Quibus enim aſſerueris ſignis aut humoribus quintanum vel ſeptimanum vel nonanum fieri circuitum, non habebis. Neque vero nobis ſcripſit aegrum aliquem, qui ita laboraverit, quamquam oportebat quomodo aliorum multorum univerſalium praeceptorum exempla ſigillatim docuit, ita et in his feciſſe. Cognoſcere praeter-

τοι χρὴ τὴν ἀρ- (379) χὴν τῆς λέξεως ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων κατὰ τὸ καλούμενον ἀσύνδετον εἶδος τῆς ἑρμηνείας γεγραμμένον ὡδί πως, πυρετοὶ συνεχέες, ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι, νύκτα ἔχουσιν, ἡμέραν διαλείπουσιν. εἰπὼν δ᾽ ἀσύνδετον ὀνομάζεσθαι τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐδήλωσα καὶ τὴν ἐξήγησιν αὐτοῦ. χρὴ γὰρ ὡς ἐν καταλόγῳ τῶν εἰρημένων ἀκούειν ἡμᾶς, προστιθέντας τοὺς παραλελειμμένους ἐν ταῖς λέξεσι συνδέσμους.

γ'.

Εἰσὶ δ᾽ ὀξύταται μὲν καὶ μέγισται καὶ χαλεπώταται νοῦσοι καὶ θανατωδέσταται ἐν τῷ ξυνεχεῖ πυρετῷ.

Ἡ μὲν ἀκριβεστάτη τούτων ἁπάντων διδασκαλία λέλεκται κατὰ τὰ περὶ διαφορᾶς πυρετῶν ὑπομνήματα, καὶ νῦν, ὡς εἶπον ἤδη πολλάκις, οὐκ ἀπο- [88] δεικνύναι μοι

ea oportet textus principium in multis exemplaribus ſcriptum eſſe ſecundum ſpeciem interpretationis, quam aſyndeton, hoc eſt ſine conjunctionibus, vocant hoc modo: febres continuae interdiu obſident, noctu intermittunt, nocte tenent, die intermittunt. Quum autem hanc ſpeciem interpretationis ἀσύνδετον vel conjunctionis vacuam vocari dixi, oſtendi et ipſius expoſitionem. Oportet ſiquidem tamquam in catalogo dictorum nos intelligere adjectas, quae in orationibus praetermiſſae ſunt, conjunctiones.

III.

Sunt autem in febre continua morbi acutiſſimi, maximi et graviſſimi et maxime letales.

Accuratiſſima horum omnium doctrina in commentariis de febrium differentiis tradita eſt, ut jam retuli, verum demonſtrare non propoſui, neque particularia omnia

Ed. Chart. IX. [88.] Ed. Baf. V. (379.)

πρόκειται τἀληθὲς, οὐδὲ διδάσκειν ἅπαντα τὰ κατὰ μέρος, ὡς μηδὲν παραλιπεῖν, ἀλλὰ τὴν λέξιν ἐξηγεῖσθαι τοῦ παλαιοῦ. τὰ δ᾽ οὖν κεφάλαια τῆς ἐμπιπτούσης ἑκάστου θεωρίας οὐ παρήσω. λέγει τοίνυν ὀξυτάτας καὶ χαλεπωτάτας νόσους εἶναι κατὰ τὸν συνεχῆ πυρετόν. ὀξυτάτας μὲν λέγων τὰς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τὰς κρίσεις λαμβανούσας, μεγίστας δὲ τὰς ἰσχυροτάτας, χαλεπωτάτας δὲ τὰς κίνδυνον ἐπιφερούσας, ὅπερ ἐξηγούμενος αὐτὸς ἐπήνεγκε, θανατωδεστάτας εἰπὼν αὐτάς. ὅπως δ᾽ ἂν ἀκούῃς εἰρῆσθαι τὸν συνεχῆ πυρετὸν, ἀληθής ἐστιν ὁ λόγος. ὀξύταται γὰρ νόσοι καὶ μέγισται καὶ χαλεπώταται κατά τε τοὺς ἰδίως λεγομένους συνόχους γίνονται πυρετοὺς καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους οὐδὲν ἧττον, ὅσοι διὰ τῶν κατὰ μέρος προέρχονται παροξυσμῶν ἀρχὰς καὶ ἀναβάσεις, ἀκμὰς καὶ παρακμὰς ποιούμενοι σαφεῖς, ἄνευ τοῦ λήγειν εἰς ἀπυρεξίαν, ὑπὲρ ὧν ἄμεινον ἀκούειν νῦν, ἐπειδὴ καὶ τοὺς συνόχους ἐν τούτοις περιέχεσθαι συμβέβηκεν, οὐ μὴν ἐν τοῖς συνόχοις δὲ τούτους. ἐὰν οὖν ἀκούσῃ τις περὶ μόνων τῶν συνόχων εἰρῆσθαι τὸν

docere, ita ut nihil praetermittam, ſed ſenis orationem explicare. Summas igitur incidentis ſingulorum ſpeculationis non praeteribo. Itaque acutiſſimos et maximos et graviſſimos in febre continua morbos eſſe pronunciat: acutiſſimos appellitat qui pauco tempore judicationes ſubeunt, maximos autem vehementiſſimos, graviſſimos vero qui periculum inferunt; quod interpretatus ipſe intulit ipſos his verbis eſſe letales. Quoquo autem modo continuam febrem diu intellexeris, vera eſt oratio. Acutiſſimi ſiquidem morbi et maximi et graviſſimi in proprie dictis ſynochis fiunt, atque in aliis nihil minus quae per particulares acceſſiones incedunt principia, incrementa, vigores et declinationes manifeſtas facientes, nec tamen ad integritatem deſinentes, de quibus hoc loco intelligere ſatius erit, quoniam et ſynochos in his contineri contingit, non has in ſynochis. Quod ſi quis orationem de ſolis ſynochis dici intellexerit, reliquas continuas tamquam non

Ed. Chart. IX. [88.] Ed. Bas. V. (379.)

λόγον, ἐξαιρεῖσθαι δόξει τοὺς ἄλλους συνεχεῖς, ὡς οὐ κινδυνώδεις ὄντας οὔτε σφοδροὺς οὔτ' ὀξεῖς.

δ'.

Ἀσφαλέστατος δ' ἁπάντων καὶ ῥήϊστος καὶ μακρότατος ὁ τεταρταῖος. οὗτος γὰρ οὐ μόνον αὐτὸς ἐφ' ἑωυτοῦ τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ νοσημάτων ἑτέρων μεγάλων ῥύεται.

Ῥήϊστον εἶπε τὸν τεταρταῖον ἐν ἴσῳ τῷ εὔφορον. οἱ γάρ τοι συνεχεῖς τῶν πυρετῶν μηδεμίαν ἔχοντες τῶν ὀχληρῶν ἀνάπαυλαν ἄχρι κρίσεως, ἀλλὰ καὶ διηνεκῶς βαρύνοντες, εἰκότως δύσφοροι λέγονταί τε καί εἰσιν. ἐν δὲ τῷ τεταρταίῳ καὶ μάλισθ' ὅταν ᾖ μέτριος, ἔνεστι καὶ προϊέναι ταῖς μέσαις τῶν παροξυσμῶν ἡμέραις καί τι καὶ πράττειν ἐνίοτε τῶν συνήθων. χρὴ δὲ γινώσκειν σε καὶ τὸ τῶν παλαιῶν ἔθος, ὅταν ἀκούσῃς αὐτῶν περὶ πυρετῶν διαλεγομέ-

periculosas, neque vehementes, neque acutas eximere videbitur.

IV.

At omnium est securissima, facillima et longissima quartana. Non enim solum per se ipsa talis est, verum etiam ab aliis magnis morbis vindicat.

Quartanam facillimam dixit peraeque ac maxime tolerabilem. Quum enim continuae febres nullam habeant adusque judicium molestiarum remissionem, sed assidue gravent, jure intolerabiles tum dicuntur tum existunt. In quartana vero ac praesertim ubi moderata sit, mediis accessionum diebus foras prodire licet et interdum quibusdam consuetis fungi muneribus. At oportet te veterum consuetudinem cognoscere, quum eos de febribus disse-

νων. ἐὰν γοῦν ἥπατος ἢ πλευρᾶς ἢ πνεύμονος ἢ ἄλλου τινὸς μορίου φλεγμονῇ πυρετὸς ἕπηται, πλευρῖτιν ἢ περιπνευμονίαν ἢ ἡπατῖτιν ὀνομάζουσι τὴν νόσον, οὐ πυρετώδη. τὸν δ' ἄνευ φλεγμονῆς πυρέττοντα πυρετόν φασι νοσεῖν, καὶ νῦν δ' ἄκουε περὶ ὧν διαλέγεται πυρετῶν οὕτως εἰρῆσθαι τὸν λόγον, ἐπεί τοι πολλάκις εἴδομεν ἐπὶ σπληνὶ μεγάλως πυρέττοντας ἀνθρώπους τεταρταῖον, κἄπειτα ἐν χρόνῳ παρεγχύσεως ὑδερικῆς γενομένης ἀποθανόντας. ἀλλ' αὐτός τε καθ' ἑαυτὸν ὁ τεταρταῖος ἀκίνδυνός ἐστιν, ὅς γε καὶ ἄλλων νοσημάτων ῥύεται. παυσαμένας γοῦν ἐπιληψίας ἴσμεν ἐπὶ τεταρταίῳ χρονίῳ ἐνοχλήσαντι, καὶ μεμάθηκας ἤδη περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ κατά τε τὰ περὶ διαφορᾶς πυρετῶν ὑπομνήματα καὶ τὰ περὶ κρίσεων.

ε'.

[89] *Ἐν δὲ τῷ ἡμιτριταίῳ καλεομένῳ ξυμπίπτει μὲν καὶ ὀξέα νοσήματα γίγνεσθαι καὶ ἔστι τῶν λοιπῶν οὗτος θα-*

rentes audieris. Si namque febris aut hepatis aut pulmonis aut pleurae aut alicujus alterius partis inflammationem consequatur, pleuritidem vel peripneumoniam vel hepatitin appellant morbum, non febrilem. Febricitantem autem citra inflammationem febre laborare dicunt et nunc intellige de quibus differit febribus ita dici orationem. Nam plerumque ex liene graviter febrientes homines quartana vidimus; deinde affusione hyderica orta obiisse. At quartana ipsa per se absque periculo est, quae et ab aliis morbis vindicat. Sedatas siquidem epilepsias aegro ex quartana diuturna divexato novimus, cujus generationem jam didicisti et in commentariis de febrium differentiis et de judiciis.

V.

In semitertiana vocata febre tum acutos quoque morbos procreari accidit, tum praeter caeteras ista maxime le-

νατωδέστατος. ἀτὰρ φθινώδεες καὶ ὅσα ἄλλα μακρὰ νοσήματα νοσέουσιν, ἐπὶ τούτῳ μάλιστα νοσέουσιν.

Οὐ δύναμαι πεῖσαι τοὺς πολλοὺς τῶν ἰατρῶν διακρῖναι τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐπίσκεψιν τῆς περὶ τῶν ὀνομάτων τε καὶ σημαινομένων καὶ συγγινώσκειν αὐτοῖς δίκαιον. ὅπου γὰρ Ἀγαθῖνος, ἵνα τοὺς ἄλλους παραλείπω, βιβλίον ὅλον ἔγραψε τὸ πρῶτον περὶ ἡμιτριταίου, τὸ σημαινόμενον ἐκ τῆς προσηγορίας ζητῶν ἐν αὐτῷ, πῶς οὐκ ἄν τις καὶ τούτοις συγγνώη; καίτοι γε ῥᾷστον ἦν ἰδίαν μὲν τῶν ὁρωμένων ποιήσασθαι διδασκαλίαν ἐν τῇ περιοδίᾳ, ἰδίαν δὲ τῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς ὀνομάτων, ὥσπερ ἐγὼ νῦν ποιήσομαι. τῶν γὰρ διὰ τρίτης παροξυνομένων πυρετῶν οἱ μὲν εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσιν, οἱ δὲ οὔ. καὶ πάλιν ἑκατέρου τούτων ἡ διαφορὰ τοιάδ᾽ ἐστί. τῶν εἰς ἀπυρεξίαν ληγόντων ἔνιοι μὲν ἐντὸς ὡρῶν δώδεκα τὸν παροξυσμὸν ἔχουσι περιγραφόμενον, ἔνιοι δ᾽ ἐπὶ πλέον ἐκτεινόμενον. τῶν δὲ μὴ ληγόντων εἰς ἀπυρεξίαν ἔνιοι μὲν φρικώδεις ὄντες, ὅταν

talis eſt. Quin etiam tabidi, quique aliis quibuscunque morbis longioribus laborant, hac potiſſimum aegrotant.

Multis medicis perſuadere non poſſum, ut rerum ipſarum inſpectionem ab ea quae de nominibus et ſignificatis agit conſideratione diſcernunt, quibus ignoſcere juſtum eſt. Ubi enim Agathinus, ut caeteros praetermittam, librum integrum primum de ſemitertiana ſcripſit, quod in eo nominis ſignificatum quaerat, quo quis pacto his veniam non dederit? Quamquam facillimum erat propriam eorum quae videntur doctrinam continuam facere, propriam quoque de eorum nominibus, quemadmodum nunc ego facturus ſum. Nam febrium quae tertio quoque die invadunt acceſſionibus, nonnullae ad integritatem deſinunt, quaedam non. Atque rurſus utriusque earum differentia ejusmodi exiſtit. Quae febres ad integritatem finiuntur, earum nonnullae paroxyſmon habent duodecim horis cir-

ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς ἐπὶ τὴν καλουμένην ἀνάβασιν ἔρχωνται, κᾂν δοκῶσιν ἤδη μετρίως προεληλυθέναι, πάλιν ἑτέραν φρίκην μετὰ συστολῆς ποιοῦνται καὶ μετὰ ταύτην αὖθις ἑτέραν ἀνάβασιν, εἶτα ἐπ᾽ ἐκείνης ἄλλην συστολήν τε καὶ φρίκην. δὶς γὰρ καὶ τρὶς οὗτοι ὑποστρέφουσι. κατὰ δὲ τὴν δευτέραν ἡμέραν ἕτερον ἴσχουσι παροξυσμὸν ἐλάττονα τοῦ προτέρου, χωρὶς τῶν προτέρων ἐπαναλήψεως καὶ τοῦτο ἐφεξῆς αὐτοῖς ἀεὶ κυκλεῖται, δυοῖν παροξυσμοῖν οἵοιν εἴρηκα γιγνομένοιν ἐν ἡμέραις δύο. καὶ μὴν καὶ ἄλλοι τινὲς διὰ τρίτην παροξυνόμενοι χωρὶς τῶν εἰρημένων φρικωδῶν εἰσβολῶν τε καὶ ἐπαναλήψεων ἕνα παροξυσμὸν ἴσχουσι διὰ τρίτης, οὐ παροξυνόμενοι τῇ δευτέρᾳ. μίαν οὗτοι καὶ συνεχῆ καὶ ὁμαλὴν τὴν ἐπὶ τὴν ἀκμὴν ἀπὸ τῆς εἰσβολῆς ἀνάβασιν ἔχουσιν. αὕτη μέν σοι τῶν διὰ τρίτης παροξυνομένων πυρετῶν ἡ διαφορὰ, φαινομένη συνεχῶς ἐπὶ τῶν καμνόντων. ἐδείχθη δ᾽ ὑφ᾽ ἡμῶν ὁ μὲν φρικώδης πυρετὸς

cumſcriptum, aliae longius extenſum. Quae vero febres ad integritatem non perveniunt, earum quaedam horrificae quidem exiſtentes quum a primo inſultu ad incrementum veniunt, etiamſi jam moderate praeveniſſe videantur, rurſus alterum horrorem cum contractione faciunt; atque ab hac rurſus aliud incrementum, deinde ab illo contractionem aliam aliumque rigorem; hae namque bis terque revertuntur. Secundo die alteram habent acceſſionem, ſed priore minorem, absque priorum repetitione; eſtque illis perpetuus is ſerie continuata circulus, ut binis diebus binae fiant, ut dixi, acceſſiones. Aliae praeterea quaedam tertio quoque die accedentes citra horrificos illos inſultus et repetitiones, unam tertio quoque die ſortiuntur acceſſionem, nullam ſecundo die aſſequutae; unum hae continuum et aequale ab inſultu ad vigorem usque habent incrementum. Haec tibi ſit febrium quae tertio quoque die paroxyſmos ſubeunt differentia, quae aſſidue in aegrotantibus apparet. Nos autem demonſtravimus fe-

Ed. Chart. IX. [89. 90.] Ed. Baf. V. (379. 380.)

ἐπὶ χολώδει καὶ φλεγματώδει χυμῷ συνιστάμενος. ὁ δὲ χωρὶς φρίκης ἐπὶ τῷ χολώδει μὲν, ἀλλὰ δυσκινητοτέρῳ τε καὶ δυσπεπτοτέρῳ, φέρουσι δ᾽ αὐτὸν καὶ φλεγμοναὶ κυρίων μορίων. τῶν δὲ μετὰ ῥίγους μὲν εἰσβαλλόντων, εἰς ἀπυρεξίαν δὲ ληγόντων ἅμα χολώδεσιν ἐμέτοις ἢ διαχωρήσεσιν ἢ ἱδρῶσιν ἡ ξανθὴ χολὴ κινουμένη δι᾽ ὅλου τοῦ σώματος αἰτία. τούτων μὲν οὖν οὕτως ἐχόντων, ὡς εἴρηται, τὸ μὲν ἤτοι τὴν αἰτίαν ἑκάστου ζητεῖν ἢ τὴν θεραπείαν, ἰατρικόν τε καὶ χρήσιμόν ἐστι (380) πρᾶγμα· τὸ δὲ τί καλέσει [90] τὶς ἕκαστον τῶν εἰρημένων ὀρθῶς οὐκέτι τῆς ἰατρικῆς ἴδιον, ἀναγκαίως γε μὴν γινόμενον, ὅταν βούληταί τις ἑτέρους διδάσκειν, ἀναγινώσκειν. τὰς γὰρ ἐπὶ τῶν καμνόντων γιγνομένας ἡμῖν διαγνώσεις τε τῶν παθῶν καὶ προγνώσεις τῶν ἐσομένων καὶ θεραπείας, ὁρῶμεν οὐδὲν δεομένας τῆς ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβείας. οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τούτων οἱ ἰδιῶται κρίνουσι τοὺς ἰατροὺς, ἀλλ᾽ ὅταν ἐπὶ φλεβοτομίᾳ τὸν κάμνοντα ῥᾳστωνήσαντα θεάσωνται καὶ τροφὴν ἐν καιρῷ

brem horridam ex biliofo et pituitofo humore conflari, fed quae absque horrore eft, eam ex biliofo quidem, fed ad motum coctionemque contumaciore. Eam autem ferunt principium partium inflammationes. Quae vero cum rigore invadunt atque ad integritatem definunt cum biliofis vomitionibus vel dejectionibus vel fudoribus, earum bilis flava quae per univerfum corpus agitatur caufa eft. His itaque fe, ita ut dictum eft, habentibus fingulorum caufam et curationem quaerere res tum medica tum utilis exiftit. Quo vero nomine fingula commemorata recte vocaverit, quamquam non amplius medicinae proprium exiftit, cognitu tamen ubi quis alios docere voluerit neceffarium. Nam eas quae in aegris fiunt nobis tum affectuum dignotiones tum futurorum praenotiones tum curationes, nihil accurata nominum ratione egere videmus; neque enim ab his vulgus de medicis exiftimat. At ubi ex venae fectione aegrum melius habere viderit, atque cibum

λαμβάνοντα· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο κρίνειν ἰδιώτης δύναται θεασάμενος. εἶτα οὐκ εὐθέως ἐπὶ τῇ τροφῇ τὴν ἀρχὴν τοῦ παροξυσμοῦ γενομένην, ἀλλὰ μετὰ χρόνον πλείονα, τὸν ἰατρὸν ἐπαινεῖ, κἂν εἰ ψυχροῦ δεῖ τότε δόντα καὶ λούσαντα τὸν ἄῤῥωστον ἀπύρετον ἤδη πεποιηκότα, παραχρῆμα θαυμάζει, καθάπερ γε κἂν εἰ προείπῃ τι τῶν ἐσομένων. ἀπὸ τούτων μὲν οὖν ὁ ἰατρὸς ἀκριβῶς τε καὶ ἀληθῶς εὐδοκιμεῖ, σοφιστὴς δὲ κατατρίβει τὸν χρόνον ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν μαθητῶν, ὑπὲρ ὀνομάτων τε καὶ σημαινομένων ἐρίζων. ἐπεὶ δὲ τὸ προκείμενον ἡμῖν νῦν ἐστιν, οὐκ αὐτὰ τὰ πράγματα διδάξαι τῆς τέχνης, ἐν ἑτέροις γὰρ τοῦτο ἐπράξαμεν αὐτάρκως, ἀλλὰ τὴν Ἱπποκράτους γνώμην ἐπισκέψασθαι διὰ συντόμων καὶ τοῦτο δυνατὸν ὧδε ποιῆσαι. λέλεκται μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ πρόσθεν· ἦν δ' αὐτοῖσι τὰ παθήματα φρικώδεες πυρετοὶ, συνεχέες, ὀξέες, τὸ μὲν ὅλον οὐ διαλείποντες. ὁ δὲ τρόπος ἡμιτριταῖος, μίαν κουφότεροι, τῇ δ' ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι. καὶ νῦν δὴ πάλιν ἡ ῥῆσις αὕτη φησὶν, ἐν δὲ τῷ ἡμιτριταίῳ,

in tempore affumere, etenim id quoque confpicatus idiota judicium ferre poteft. Deinde non ftatim a cibo principium acceffionis fieri, fed multo poft tempore medium laudat. Quod fi frigidam dediffe, laviffe aegrotumque a febre vindicaffe medicum viderit, illum quam primum demiratur, quemadmodum etiam fi quicquam ex futuris praedixerit. Ab his itaque medicus tum plane tum vere hominum fermone celebratur et bene audit. Sophifta vero quum de nominibus et fignificatis contendit, tempus tum fuum tum difcipulorum conterit. Quoniam vero non eft nobis hoc in loco propofitum ipfa artis opera docere, id enim abunde alibi fecimus, fed brevibus Hippocratis mentem confiderare, id quoque ita facere valebimus. Dixit fiquidem et antea: *ipforum autem plurimis hujusmodi affectus aderant, horridae febres, affiduae, acutae, in totum quidem non intermittentes: fed earum typus erat femitertianus, uno die leviores, altero infuper exacerbantes.* Et rurfus hoc loco ita pronunciat: *In femitertiana vocata*

Ed. Chart. IX. [90.] Ed. Baf. V. (380.)

συμπίπτει μὲν καὶ ὀξέα νοσήματα καὶ ἔστι τῶν ἄλλων οὗτος θανατωδέστατος. ὅτι μὲν οὖν θανατώδης ἐστὶν ὁ ἡμιτριταῖος ἄντικρυς εἴρηκεν αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης. ὅτι δὲ τῶν εἰς ἀπυρεξίαν ληγόντων οὐδείς ἐστι θανατώδης ἄντικρυς ἐν ἀφορισμοῖς ἐδήλωσεν εἰπών. πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες, διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, ἐπικίνδυνοι. ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διαλείπουσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι. πῶς οὖν ἐκ τῶν εἰς ἀπυρεξίαν ληγόντων εἴπῃ τὸν ἡμιτριταῖον, ἑπόμενος Ἱπποκράτει; καὶ μὴν οἱ λέγοντες, ἐάν τις ὥραις τέτρασι καὶ εἴκοσι ἀπύρετος γίγνηται, τὸν μέσον ἔχειν αὐτὸν ἡμιτριταῖον, ἐκ τῶν διαλειπόντων ποιοῦσι τοῦτον τὸν πυρετὸν τοιοῦτον. οὕτως δὲ καὶ τὸν μέσον καὶ τὸν μικρὸν ὡρῶν ἀριθμῷ διαφέρειν τοῦ μεγάλου φάσκοντες, εἰς ἀπυρεξίαν περιάγειν ἀμφοτέρους βουλόμενοι, τῆς Ἱπποκράτους ἀποχωρήσουσι γνώμης, ἐν τοῖς διαλείπουσι πυρετοῖς τὸν ἡμιτριταῖον ἄγοντες. ἀκίνδυνος γὰρ οὗτος ἔσται, καίτοι θανατώδης ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενος. ἄμεινον οὖν ἐστι τῶν

febre tum acutos quoque morbos procreari accidit tum praeter caeteras ista maxime letalis est. Quod letalis quidem sit semitertiana aperte pronunciavit Hippocrates. Quod vero quae ad integritatem veniunt, earum nulla letalis sit, palam in aphorismis his verbis declaravit: *Quaecunque febres non intermittentes tertio quoque die vehementiores fiunt, periculosae; quocunque autem modo intermiserint, periculum abesse significant.* Quonam itaque pacto quisquam semitertianam inter desinentes ad integritatem dixerit, Hippocratem sequutus. Qui proferunt, si quis horis quatuor et viginti citra febrem sic mediam ipsum habere semitertianam, talem hanc febrem inter intermittentes faciunt. Ita vero et qui medium et parvum a magno differre horarum numero praedicant, ad integritatem deducere utrumque volentes, ab Hippocratis mente discedunt, inter febres intermittentes semitertianam constituentes; haec enim citra periculum existet, etiamsi letalis ab Hippocrate dicatur. Satius itaque fuerit no-

μὲν ὀνομάτων, ὡς εἴρηται, καταφρονεῖν, ἀσκοῦντα θεραπείας τε καὶ διαγνώσεις καὶ προγνώσεις ἑκάστου τῶν πυρετῶν. ἐπεὶ δὲ σαφεστέρα τε καὶ συντομωτέρα διὰ τῶν ὀνομάτων ἡ διδασκαλία γίνεται, προδιηγησάμενοι λόγῳ τῶν διὰ τρίτης παροξυνομένων πυρετῶν, ἐφεξῆς τὸν ἐντὸς τῶν δώδεκα ὡρῶν παυόμενον, ἀκριβῆ τριταῖον ὀνομάσομεν ἕνεκα συντόμου διδασκαλίας. ὅστις δ᾽ ἂν ἔχῃ πολυχρονιώτερον τούτου τὸν παροξυσμὸν, ὅμως μὲν ἔτι μακροτέραν αὐτοῦ τὴν ἄνεσιν, ἐκεῖνον ἁπλῶς τριταῖον ὀνομάσομεν. ὅστις δ᾽ ἂν ἐπὶ πλεῖ- [91] στον μὲν ἐκτεταμένον τὸν παροξυσμὸν, ὀλίγον δὲ τὸ διάλειμμα, τοῦτον πάλιν ὀνομάσομεν ἐκτεταμένον τριταῖον. ὅστις δ᾽ ἂν μὴ παυσάμενος εἰς ἀπυρεξίαν φρικώδεις μὲν τῇ προτέρᾳ τῶν ἡμερῶν ἐπαναλήψεις ποιῆται, κατὰ δὲ τὴν δευτέραν ἁπλοῦν ἕνα παροξυσμὸν, τοῦτον ἡμιτριταῖον ὀνομάσομεν· εἰ δ᾽ ἁπλῶς διὰ τρίτης παροξύνοιτο, τριταιοφυῆ. πάντ᾽ ἔχεις ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ διωρισμένα, τά τ᾽

minibus, ut dictum eſt, neglectis ſingularum febrium tum curationes tum dignotiones tum praenotiones exercere. Quoniam vero tum manifeſtior tum brevior per nomina evadit doctrina, prius febrium tertio quoque die invadentium differentias oratione explicabimus, ut nuper faciebat ſecundum unamquamque ipſarum peculiarem appellationem, prout facere conſuevit, dum ubique febrium tertio quoque die accedentium differentias explicat. Deinde eam quae intra duodecim horas ceſſat, conciſae doctrinae gratia, exquiſitam tertianam appellabimus. Quae vero hac diuturniorem acceſſionem habuerit, ſimulque etiamnum longiorem remiſſionem, illam ſimpliciter tertianam nominabimus. Quae vero acceſſionem plurimum productam, parvum autem intervallum, eam jam tertianam productam vocabimus. Quae ad integritatem non deſinit et horrificas priore die repetitiones facit, altero vero die ſimplicem unam acceſſionem, hanc ſemitertianam appellabimus. Si vero ſimpliciter tertio quoque die invadat, tritaeophyam vel tertianigenam. Habes hac in oratione omnia diſtincta

Ed. Chart. IX. [91.] Ed. Baſ. V. (380.)

ἄχρηστα καὶ χρήσιμα. τούτων οὖν ἐστι διὰ παντὸς μεμνῆσθαι καὶ πρόχειρον ἔχειν τὴν γνῶσιν αὐτῶν. οὕτως γὰρ καταγνώσεις τῆς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν φλυαρίας, ἣν περὶ τῶν εἰρημένων ὀνομάτων ἐποιήσαντο, περὶ τῶν πραγμάτων οἰόμενοι διαλέγεσθαι. ἀλλ' ὅτι μὲν οὐδένα τῶν νῦν εἰς ἀπυρεξίαν ἀφικνουμένων πυρετῶν ὁ Ἱπποκράτης ἡμιτριταῖον ὀνομάζει δέδεικται. πότερον δ' ἐκεῖνον μόνον ὃν ἐγὼ ἰδίως καλεῖν εἴωθα τὸν τὰς φρικώδεις ἐπαναλήψεις ποιούμενον ἢ καὶ τὸν ἄνευ τούτων γινόμενον, ἄξιόν ἐστι σκέψεως. εἰ γὰρ καὶ τοῖς φθινώδεσι καὶ ἄλλως χρονίως νοσοῦσιν ὁ πυρετὸς οὗτος εἴωθε συμπίπτειν, ἴσως, εἰ καὶ χωρὶς φρίκης γίγνοιτο, καλέσομεν αὐτὸν ἡμιτριταῖον, ἐὰν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν ἐπιπαροξύνηται. ἀλλ' ὅπερ ἔφην, ὑπὲρ ὀνόματος οὔσης τῆς ζητήσεως οὐδὲν ἄτοπόν ἐστι, κἂν μὴ γνῶμεν ἀκριβῶς ἐπὶ τίνος πυρετοῦ μάλιστα τὴν ἡμιτριταίου ἐπιφέρει φωνὴν ὁ Ἱπποκράτης. ὁπόταν γὰρ αὐτοῦ τὴν περὶ τοὺς πυρετοὺς τέχνην ἐκμαθόντες ἕξομεν ὧν δεόμεθα πρὸς τὰ τῆς τέχνης ἔργα, χωρὶς τῶν ἐπ' αὐτῆς ὀνομάτων. τάχα δ' ἂν εἶναι

tum inutilia tum utilia. Debes autem haec perpetuo meminiſſe et promptam horum notitiam conſequi. Sic enim juniorum medicorum nugas deprehendes, quas de praedictis nominibus fecerunt, de rebus ſe diſſerere putantes. At quod nullam quidem earum quae ad integritatem perveniunt, ſemitertianam nunc appellet Hippocrates demonſtratum eſt. Utrum vero illam ſolam quam ego proprie vocare conſuevi horrificas repetitiones facientem, an eam quae ſine his concitatur, conſideratione dignum eſt. Etenim ſi tabidis atque aliter diu aegrotantibus haec febris accidere conſuevit, fortaſſis etiamſi citra horrorem fiat, eam ſemitertianam vocabimus, ſi die ſecundo iterum invadat. Verum quod dixi quum de nomine ſit quaeſtio, nihil abſurdum eſt, ſi non plane intelligamus cui febri ſemitertianae vocem tribuat Hippocrates. Nam ab ipſo de febribus artem edocti, quibus ad artis opera indigemus, ea absque illarum nominibus conſequemur. Sed fortaſſis

δόξειεν οἰκεῖον ἑξῆς σκέψασθαι διὰ τί προσέθηκεν ὁ Ἱπποκράτης τὸ καλεόμενον καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ἐν δὲ τῷ ἡμιτριταίῳ ξυμπίπτει μὲν καὶ ὀξέα νοσήματα. δοκεῖ δέ μοι μέμφεσθαι τὴν προσηγορίαν ὡς ἄκυρον. ἐπὶ γὰρ τῶν ἐνδεεστέρως ἐχόντων κατὰ τὰ τέλεια, τὴν τοῦ ἡμίσεος προσθήκην ποιούμεθα φάσκοντες ἡμιθνῆτα καὶ ἡμίθνητον καὶ ἡμίθεον καὶ ἡμίφωνον, ἡμιονόν τε καὶ τὸ ἡμίοπτον, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα λέγοντες. ὁ δ' ἡμιτριταῖος οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἥμισυς τῷ πλήθει τῶν συμπτωμάτων ἢ τῇ δυνάμει, καὶ τούτων τῆς ὅλης διαθέσεως, ἀλλὰ καὶ πολὺ χείρων τοῦ τριταίου, ὡς ἄμεινον εἶναι δοκεῖν ἐκεῖνον τούτου λέγειν ἥμισυν, οὐκ ἐκείνου τοῦτον. οὐκοῦν οὐκ οἶδα τί δόξαν αὐτοῖς οὕτως μᾶλλον ὠνόμασαν οἱ πρώτως θέμενοι τὴν προσηγορίαν ἢ ἄλλως, ἐνδέχεται γὰρ αὐτοὺς διότι τοῦ τριταίου πυρετοῦ τὸ διὰ τρίτης τε παροξύνειν καὶ τὸ εἰς ἀπυρεξίαν λήγειν ἔχοντος, ὁ ἡμιτριταῖος ἓν μὲν ἔχει τούτων, ἓν δ' οὐκ ἔχει ταύτην θέσθαι τὴν προσηγορίαν. τὸ μὲν γὰρ διὰ τρίτην παροξύνειν ἔχει,

necessarium esse videbitur deinceps considerare cur adjecerit Hippocrates, vocata, neque simpliciter dixerit, in semitertiana quidem etiam acuti morbi oboriuntur. Mihi autem videtur vocabulum tamquam improprium improbare. His siquidem indigentius integritatem sortitis additionem facimus, ac dicentes semimortua, semimortuum, semideum, semivocale, semiasinum et semiassum et quaecunque alia hujusmodi proferimus. Semitertiana vero non solum non est dimidia vel symptomatum multitudine vel viribus et universo horum affectu, verum etiam tertiana longe deterior, ut citius esse videatur non illa hujus, sed haec illius dimidia dicenda. Itaque nescio qua ratione adducti sunt, cur ita potius appellarent quam aliter qui primum appellationem contemplati sunt. Fieri siquidem potest, ut hanc appellationem indiderint, quod cum tertiana febris habeat, ut tertio quoque die invadat et ad integritatem desinat; semitertiana unum quidem horum habeat, alterum vero non, nam tertio quoque die invadit, sed ut ad

τὸ δ' εἰς ἀπυρεξίαν λήγειν οὐκ ἔχει. ἐνδέχεται γὰρ καὶ διότι καὶ μετὰ ῥίγους εἰσβάλλειν οὐκ ἔχει, καὶ πρὸς τούτοις γ' ἔτι τὸ μετ' ἐκκρίσεως παύεσθαι, καὶ μέντοι καὶ ὅτι τὴν δευτέραν ἡμέραν οὐκ ἔχει καθαράν. ἐνδέχεται δὲ καὶ ἄλλο τι τοιοῦτον εἰπεῖν, τοῖς μὲν ἄχρηστον σοφίαν ἀσκοῦσι, τὰ δ' ὄντως χρήσιμα τῆς τέχνης παραλείπουσι.

στ'.

[92] *Νυκτερινὸς οὐ λίην θανατώδης, μακρὸς δὲ ἡμερινὸς μακρότερος. ἔστι δ' οἷσι ῥέπει καὶ ἐπὶ τὸ φθινῶδες.*

Τῶν μὲν ἐν ἀρχῇ πυρετῶν τὸν κατάλογον ἔγραψεν ἁπλῶς, τούτων δ' ἑξῆς τὰ ἤθη διδάσκει. προειρηκὼς οὖν ἐν τῷ (381) καταλόγῳ, πυρετοὶ οἱ μὲν συνεχέες, οἱ δὲ ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι, νύκτα ἔχουσιν, ἡμέρην διαλείπουσιν. εἶτα περὶ τῶν συνεχῶν διελθὼν ὁποῖοί τινές εἰσι καὶ προσθεὶς αὐτοῖς ἐφεξῆς τὴν περὶ τοῦ τεταρταίου

integritatem desinat, non habet. Praeterea potuerunt etiam ita appellasse, quod cum rigore non invadat, atque ad haec quod cum excretione non sedetur, quod item secundum diem liberum non sortiatur. Possunt quoque et hujusmodi aliud proferre qui nullius frugis sapientiam exercent et vero artis commoda praetermittunt.

VI.

Nocturna febris non admodum letalis, longa tamen, diuturna longior, quibusdam autem ad tabem vergit.

Principio quidem febrium catalogum simpliciter scripsit, sed harum deinceps mores docet. Praefatus igitur in catalogo: Febres quaedam continuae sunt, quaedam interdiu obsident, noctu intermittunt, aliae noctu prehendunt, interdiu intermittunt. Deinde quum de continuis disseruisset quae et quales essent illisque deinceps de

τε καὶ ἡμιτριταίου διδασκαλίαν, ἐπὶ τοὺς τῇ μὲν ἡμέρᾳ παροξυνομένους, τῇ δὲ νυκτὶ διαλείποντας, ἢ τῇ μὲν νυκτὶ παροξυνομένους, τῇ δ' ἡμέρᾳ διαλείποντας ἀφίκετο, καλέσας αὐτῶν τὸν μὲν ἕτερον νυκτερινὸν, τὸν δ' ἕτερον ἡμερινόν· νυκτερινὸν μὲν τὸν ἐν νυκτὶ παροξυνόμενον, ἡμερινὸν δὲ τὸν ἐν ἡμέρᾳ. δι' ὧν δ' ἐπαινεῖν ἔδοξε τὸν νυκτερινὸν, οὐδὲν ἧττον ἔψεξε διὰ τῶν αὐτῶν, οὐχ ἁπλῶς εἰπὼν, νυκτερινὸς οὐ θανατώδης, ἀλλὰ τὸ οὐ λίην προσθείς. εἰ γὰρ λίην θανατώδης, εὔδηλον ὅτι θανατώδης μετρίως, τὸν δ' ἡμερινὸν οὐ μόνον μακρότερον εἶπεν εἶναι τοῦ νυκτερινοῦ, ἀλλὰ καὶ ἔτι πρὸς τὸ φθινῶδες ἐνίοτε ῥέπειν, ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο μοχθηρότερον εἶναι. τοῦτο μὲν γὰρ ἐν ᾧ χρόνῳ διαφορεῖσθαι καὶ ἀραιοῦσθαι μᾶλλον εἴωθε, εἰ συστέλλεται καὶ πυκνοῦται τὸ σῶμα, παροξυνόμενος εἰκότως κακοηθέστερος εἶναι δοκεῖ· τοῦτο δὲ καὶ τὸν καιρὸν τῆς προνοίας ἔχων ἀήθη. καθ' ὃν γὰρ χρόνον ἐχρῆν κοιμᾶσθαι, κατὰ τοῦτον ἀναγκαῖόν ἐστι τῆς ἰατρικῆς προνοίας τυγχάνειν

quartana et femitertiana doctrinam adjeciffet, ad febres die invadentes et nocte intermittentes, vel nocte invadentes et die intermittentes pervenit, qui alteram ex his nocturnam, alteram diurnam appellitat: nocturnam quidem quae nocte invadat, diurnam vero quae interdiu. Sed quibus nocturnam laudare vifus eft, his ipfis non minus culpavit quod non fimpliciter pronunciaverit, nocturna non letalis, fed addiderit, non valde. Si namque non valde eft letalis, conftat eam mediocriter letalem effe, diurnam autem non folum longiorem nocturna effe dixit, verum etiam et ad phthifin interdum propendere, proindeque hac ratione deteriorem exiftere. Nam partim quo tempore tum difcuti tum rarefcere magis confuevit, fi contrahatur et denfetur, corpus invadens jure malignior effe videtur; partim tempus habet providentiae infuetum. Quo namque tempore dormire oportebat, eo aegrotum a medica providentia fructum capere neceffe eft. Quamobrem

τὸν κάμνοντα καὶ διὰ τοῦτο καταφθείρονται τῷ χρόνῳ καὶ φθίνουσι δυοῖν θάτερον. εἰ μὲν δὴ κοιμῶνται τῆς ἡμέρας, ἐνδεῶς ἀπολαβόντες ὕπνου, εἰ δ' οὐ κοιμῶνται, νυκτερίδος βίον, οὐκ ἀνθρώπων, βιοῦντες.

ζ.

Ἑβδομαῖος μακρὸς οὐ θανατώδης. ἐναταῖος ἔτι μακρότερος οὐ θανατώδης.

τοὺς ἐν ταῖς φλεψὶ χυμοὺς ἐκκαθαιρομένους διὰ νεφρῶν τε καὶ κύστεως· ὥσπερ γὰρ διὰ γαστρὸς πολλάκις ἐκκαθαίρεται τὸ σύμπαν σῶμα, οὕτω καὶ διὰ νεφρῶν καὶ κύστεως καὶ ἐπιπόνως ἐκκαθαίρεται ὅλον τὸ σῶμα διὰ τῆς χρονίας στραγγουρίας, καί ποτε ἀνάγκη πάσχειν τὰ μόρια, δι᾽ ὧν ἡ ἔκκρισις γίνεται τῶν δριμέων οὔρων, δηλονότι δακνόμενα καὶ τῷ συνεχεῖ τῆς ἀποκρίσεως ἐνοχλούμενα. Ἱπποκράτης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἐν τῇ δευτέρᾳ καταστάσει, φησὶ μόνον χρηστὸν καὶ μέγιστον τῶν σημείων, ὃ καὶ πλείστους τῶν ἀῤῥώστων ἐρύσατο γεγονέναι τὴν στραγγουρίαν, τῶν μοχθηρῶν χυμῶν ἐκκρινομένων διὰ τῆς κύστεως, ὥσπερ ἐνίοτε διὰ τῶν ἐντέρων. ἀλλ᾽ οὐκ ἀεὶ τοῦτο συμβαίνει. κύστις γὰρ ἐπὶ τὴν ἔκκρισιν ὁρμᾷ τῶν οὔρων ἐν ταῖς στραγγουρίαις, πρὶν ἀξιολόγως ὑπ᾽ αὐτῶν πληρωθῆναι, διὰ διττὴν αἰτίαν, ἤτοι τῷ μὴ φέρειν αὐτῶν τὴν ποιότητα καὶ δακνωδῶν γινομένων ἢ τῷ δι᾽ ἀῤῥωστίαν βαρύνεσθαι, πρὶν ἀθροισθῆναι, κᾂν ὀλίγον ᾖ.

quadam caufa eorum quae in urinas pravas fui humores transmittunt aut album pus quum renes abfceffu laborent, interdum etiam propter humores venarum et per renes et per veficam expurgatos. Quemadmodum enim per ventrem faepe corpus univerfum expurgatur, fic et per renes et per veficam. Atque laboriofe univerfum corpus per diuturnam ftranguriam expurgatur et nonnunquam partes effici neceffe eft, per quas acrium urinarum fit excretio, quod nimirum ipfae mordeantur et affidue excretione vexentur. Hippocrates autem primo epidemiorum in fecundo ftatu dicit fignorum folum bonum ac maximum effe ftranguriam, quae et infirmos plurimos liberavit, pravis humoribus per veficam excretis, ut aliquando per inteftina. Verum non femper hoc accidit. Vefica namque in ftranguriis ad urinarum excretionem promovet, priusquam decenter ipfa repleta fit ex duplici caufa, aut quod ipfarum qualitatem non ferat, quum mordaces fuerint, aut quod propter imbecillitatem praegravetur priusquam accumulentur, etiamfi paucae fint. Addit autem hanc uxo-

Ed. Chart. IX. [139. 140.]
προστίθησι δὲ, ὅτι ἡ τοῦ σκυτέως ἔτεα πολλὰ οὕτως εἶχε, τουτέστιν οὕτως ἦν στραγγουριώδης καὶ πρὸς τὸ ἔσχατον, οὐδὲ ἐπιμήνια εἴη, καὶ ὅτι ἐπ᾽ ὀλίγον ἡ στραγγουρία διέλειπεν. ὅπερ διὰ τὸν τόκον εἰκός ἐστι γεγενῆσθαι.

κ'.

Ἰσχίον δέ τις ἤλγει, πρὶν ἴσχειν, ἐπεὶ δ᾽ ἔσχεν, οὐκέτι ἤλγει. ἐπειδὴ ἔτεκεν, εἰκοσταία ἐοῦσα, αὖθις ἤλγησεν, ἔτεκε δὲ ἄρσεν. ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἐν κνήμῃ κάτω δεξιῇ ἢ τρίτῳ ἢ τετάρτῳ μηνὶ ἐξανθήματα, πρὸς ἃ τῇ μάννῃ χρώμεθα, καὶ ἐν χειρὶ δεξιῇ παρὰ μέγαν δάκτυλον, οὐκ οἶδα ὅτι ἔτεκεν κατέλιπον γὰρ ἑξάμηνον. ᾤκει δὲ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, τὰ Ἀρχελάου πρὸς τῷ κρημνῷ.

[140] Αὗται τῶν κυημάτων περιστάσεις καὶ συνδρομαὶ οὕτω ποικίλαι τε καὶ διαφοραὶ ἢ μηδεμίαν ἢ πάνυ μικρὰν ῥοπὴν ἔχουσι πρὸς τὴν ὑγίειαν καὶ πρὸς τὴν νόσον,

rem coriarii multorum annorum fuiſſe et ſic ſe habuiſſe, hoc eſt ſtranguria laboraſſe, ac tandem menſtrua non prodiiſſe, ac derepente ſtranguria liberatam fuiſſe, quod propter partum contigiſſe par eſt credere.

XX.

Quaedam priusquam conciperet coxendicem dolebat; poſtquam vero concepit, non amplius dolebat. Vigeſimo autem a partu die rurſum doluit; marem utique peperit. Praegnanti in inferiori tibia dextra, itemque in manu dextra ad pollicem, tertio aut quarto menſe puſtulae eruperunt, ad quas manna thuris utimur, quae an pepererit neſcio; eam namque ſemeſtrem reliqui. Habitabat autem, ut ego arbitror, in Archelai aedibus ad rupem.

Ipſae partuum circumſtantiae et concurſus adeo varii ac diverſi aut nullum aut perexiguum momentum ad ſanitatem et morbum ſortiuntur videnturque ex illis magis

καὶ ἔοικεν ἐκ τῶν ἐκείνων εἶναι μᾶλλον ἃ τὰς κοινὰς τῶν πραγμάτων διαθέσεις ἢ τὰς ἀναμφιβόλους τε καὶ ἰδίας φύσεις ἐνδείκνυνται, οἷάπερ καὶ ἐν τῇδε καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τοῦ παλαιοῦ πραγματείαις γέγραπται. ὡς γοῦν τύπῳ λαμβάνονται ὑφ' ἑαυτοῦ, οὕτω καὶ ἐπιπολαίως αὐτὰ διελθεῖν ἡμᾶς πρέπει. οὐ γὰρ ἀκριβῶς ταῦτα παρειήρησεν, ἵνα καὶ ἐπιμελῶς ἐξηγεῖσθαι δύναιτο, καθάπερ ἐν τῷ πρώτῳ καὶ τρίτῳ πεποίηκεν, ἀλλὰ ἐκ τοῦ παραχρῆμα εἰς τὰς ἐφημερίδας ἀνέφερε. εἰκὸς γοῦν ἐν τῇδε τῇ γυναικὶ, τοῦ δεξιοῦ τῆς μήτρας μορίου πεπονθότος, ὅτι εἰς τὸ ἰσχίον κατέκειτο καὶ ἡ γυνὴ ἤλγει. ἐπεὶ δὲ ἔτεκεν, ἐπαρηγόρηθη ἡ ὀδύνη καὶ τὸ κακὸν ὑπὸ τῆς φύσεως εἰς ἄλλον κατεβάλλετο τόπον καὶ τοῦτο κατ' ἴξιν, τουτέστιν, ὅταν τῷ τρίτῳ ἢ τετάρτῳ μηνὶ τὰ ἐξανθήματα, ὄντος ἤδη ῥωμαλέου τοῦ βρέφους, εἰς τὴν κνήμην τὴν δεξιὰν καὶ εἰς χεῖρα δεξιὰν ἐκράγησαν. ἴσθι γὰρ ὅτι τὰ ἐξανθήματα ἐν ταῖς τῆς μήτρας διαθέσεσιν εἰς τὸ δέρμα ἐκραγέντα σημαίνουσιν ὅτι ἡ φλεγμονὴ ἢ ἐρυσίπελας ἐκ τοῦ ἀποζέοντος καὶ λεπτοῦ αἵ-

esse quae potius communes rerum dispositiones, quam indubias et proprias naturas demonstrent, quales et in hoc et caeteris senis operibus scriptae sunt. Ut itaque summatim haec accipiuntur, sic et superficie tenus haec percurrere decet. Non enim haec accurate observavit, ut et sedulo explicari valerent, quemadmodum in primo et tertio fecit, verum in praesenti ad diaria retulit. Consentaneum igitur est hac in muliere, dextra uteri parte affecta in coxendicem dolorem descendisse mulieremque doluisse. Postquam autem peperit, levatus est dolor malumque a natura in alium locum depositum est, idque secundum rectitudinem, hoc est quum tertio vel quarto mense papulae, facto jam partu, robustiores in tibiam dextram dextramque manum eruperunt. Scito namque quod exanthemata in uteri affectibus ad cutim erumpentia significent inflammationem aut erysipelas in uteris procreari, ut in libro de natura muliebri scriptum est.

Ed. Chart. IX. [140.]
ματος ἐν ταῖς μήτραις ἐγγίνεται, ὡς ἐν τῷ περὶ γυναικείης φύσεως γέγραπται. ἡ δὲ μάννη καὶ τὸ ὑπόσεισμα τοῦ λιβανωτοῦ ἐπιτηδειότερον πρὸς ταύτην τὴν νόσον νομίζεται ἢ λιβανωτός· καὶ γὰρ στυπτικώτερόν ἐστι καὶ ξηραντικώτερον. νῦν δ' ἄδηλόν ἐστι, πότερον μιᾷ ἢ δυσὶ γυναιξὶ τοῦτο συμβεβηκέναι φησίν. εἶπε γὰρ πρῶτον, ἔτεκεν ἄρσεν, ἔπειτα δὲ, οὐκ οἶδα ὅτι ἔτεκεν· κατέλιπον γὰρ ἑξάμηνον.

κά.

Ἡ Ἀντιγένεος ἡ τὸ περὶ Νικόμαχον τέκε παιδίον σαρκῶδες μὲν, ἔχον δὲ τὰ μέγιστα διακεκριμένα, μέγεθος δὲ ὡς τετραδάκτυλον, ἀνόστεον, ὕστερον δὲ παχὺ καὶ στρογγύλον. αὕτη δὲ ἀσθματώδης ἐγένετο πρὸ τοῦ τόκου. ἔπειτα ἅμα τῷ τόκῳ πῦον ἀνήμεσεν ὀλίγον, οἷον ἐκ δοθιῆνος.

Θαυμαστὸς εἴη ὁ τόκος οὗτος, εἰ μὴ ὑποψίαν παρέχῃ αὐτὸν ἐξ ἀμβλώσεως γεγονέναι. πῶς δὲ ἡ γυνὴ πρὸ τόκου

Existimatur autem aptius remedium hypofisma, *manna thuris* aut libani fructus. Etenim adstrictorium magis magisque exficcatorium est. Nunc autem non constat utrum uni aut duabus mulieribus id accidisse dicat. Dixit namque primum, masculum peperit, deinde vero, non novi quid pepererit; semestrem enim reliqui.

XXI.

Antigenis uxor, qui ad Nicomachum habitabat, carnosum quidem puerum peperit, verum qui maximas partes distinctas haberet, magnitudinem vero quatuor digitorum et exos esset; tandem etiam crassus et rotundus. Ipsa autem ante partum anhelosa erat, deinde simul cum partu pus paucum, quale ex furunculo evomuit.

Hic partus admirabilis esset, nisi ipsum ex abortu natum esse suspicaremur. At quomodo mulier ante par-

Ed. Chart. IX. [140. 141.]

ἐγένετο ἀσθματώδης, ἔπειτα δὲ ἅμα τῷ τόκῳ πῦον ἀνήμεσεν, ἐν τῷ περὶ δυσπνοίας εἴρηται ἡμῖν ἱκανῶς, ἔνθα καὶ τὰς ἄλλας τοῦ Ἱπποκράτους ῥήσεις ἐκ τῶν βιβλίων ἐπιδημιῶν περὶ τῆς δυσπνοίας αὐτῷ γεγραμμένας ἐξηγησάμεθα. τοῦτο δὲ μόνον παραθήσομαι, ὅτι ἀσθμαίνοντες πυκνὸν ἀναπνέουσι καὶ τὸν θώρακα μέχρι πολλοῦ διαστέλλουσι. συμβαίνει δὲ τοῦτο, ἐπειδὴ ἔμφραξις ἢ θλίψις ἢ στενοχωρία τις ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις ὑπάρχει. ὅπερ ἐν τῇδε τῇ γυναικὶ ἐδήλωσε τὸ πῦον.

κβ'.

[141] *Θυγατέρας τεκούσης διδύμους καὶ δυστοκησάσης καὶ οὐ πάνυ καθαρθείσης ἐξῴδησεν ὅλη. ἔπειτα ἡ γαστὴρ μεγάλη ἐγένετο. τὰ δὲ ἄλλα ἐταπεινώθη καὶ ἐρυθρὰ εἴη μέχρι τοῦ ἕκτου μηνός. ἔπειτα λευκὰ κάρτα πάντα ἤδη τὸν χρόνον, πρὸς δὲ τἀφροδίσια οἱ ῥοοὶ ἐβλαπτον καὶ οἱ ἄκρητα ἐρυθρὰ ἱκνεύμενα ἴει.*

---

tum effet afthmatica, deinde vero in ipfo partu pus evomuerit in libro de difficili refpiratione a nobis abunde proditum eft. Ubi etiam alios Hippocratis textus ex libris epidemiorum de dyfpnoea confcriptos explicuimus. Hoc autem folum addam afthmaticos crebro ac denfe refpirare thoracemque magnopere diftendere. Hoc autem accidit, quoniam obftructio aut compreffio aut anguftia quaedam refpirationis organis infidet, quod hac in muliere pus manifeftum fecit.

XXII.

Quae ex arduo partu filias gemellas edidit mulier, neque admodum perpurgata eft, univerfa primum intumuit; deinde venter magnus evadebat, caeterae vero partes fubfederunt. Ad fextum usque menfem rubra primum, deinde reliquo jam tempore alba admodum profluxerunt. Hi vero fluxus veneri officiebant illique mere rubicundi prodibant.

Ed. Chart. IX. [141.]

Ἐπὶ τῶν ἐπὶ τόκῳ κενουμένων, εἰ ἐπίσχεσις γένηται, μοχθηρόν ἐστιν αἴτιον καὶ σημεῖον. κάθαρσις γὰρ τῶν ἀλλοτρίων, ἃ κατὰ τὸν τῆς κυήσεως χρόνον ἠθροίσθη ἐν ταῖς φλεψὶ, δαπανωμένου μὲν εἰς τροφὴν τῷ κυουμένῳ τοῦ κατ᾽ αὐτὰς χρηστοῦ αἵματος, μένοντος δὲ τοῦ φαυλοτέρου, ὃ καθ᾽ ἕκαστον μῆνα πρότερον ἐξεκρίνετο διὰ τῆς μήτρας. ὅταν οὖν τοῦτο μὴ κενωθῇ, τεκούσης τῆς γυναικὸς, αἴτιόν ἐστι τῆς ἐν ὅλῳ τῷ στόματι οἰδήσεως, ἤτοι τῆς μήτρας ἐξαίρει εἰς μεγάλην φλεγμονὴν ἢ πρὸς ἕνα τόπον ἐνεχθὲν, οἰκεῖον τῷ δεξαμένῳ πάθος ἐπιφέρει, καθάπερ καὶ νῦν ἡ γαστὴρ τὸ ἀπὸ τῶν ὑστερῶν ἀναφερόμενον αἷμα πονηρὸν ἐδέξατο καὶ μεγάλη ἐγένετο. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐπισχεθείσης τῆς μετὰ τόκον καθάρσεως ἥ τε νόσος ἐγένετο καὶ θάνατος, ὡς ἐν Θάσῳ τῇ τοῦ Φιλίσκου γυναικὶ συμβεβηκέναι φησὶν Ἱπποκράτης· οὐ μόνον δὲ ἐπισχεθείσης τῆς κατὰ τὸν τόκον καθάρσεως γίνεται ταῖς γυναιξὶ νόσος, ἀλλὰ καὶ νοσώδης ἐστὶν ἡ τῶν καταμηνίων ἐπίσχεσις, οὐ μὴν ἀλλὰ οὐχ ὁμοίως βλαβερὰ τῇ κατὰ τὸν τόκον, ὅτε μὴ

Si quae ob partum vacuantur eorum suppressio fiat, mala causa signumque malum est. Purgatio siquidem est alienorum, quae graviditatis tempore in venis acervata sunt, absumpto quidem ad partus nutritionem utili qui venis inerat sanguine, remanente vero deteriore, qui singulis mensibus per uterum antea excernebatur. Quum itaque hic non evacuatus est pariente muliere, causa tumoris est in universo corpore existentis, aut uterum in magnam inflammationem adducit, aut ad unum locum adductus excipiens peculiarem morbum adfert, ut etiam nunc venter translatum ab utero pravum sanguinem recepit et magnus evadit. Interdum vero suppressa etiam post partum purgatione, ut in Thaso Philini uxori contigisse pronunciat Hippocrates. At non solum suppressa in partu purgatione mulieribus morbus accidit, verum etiam morbosa est menstruorum suppressio. Non tamen, imo non peraeque noxia illi, quae in partu est. Quod

Ed. Chart. IX. [141.]

μόνον αὐτὸ τὸ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ κακοχυμίαν ἱκανὴν ἐργάζεται. εἴρηται γὰρ ὅτι τὸ ἔμβρυον ἕλκει εἰς ἑαυτὸ τὸ χρηστότερον αἷμα, τροφῆς ἕνεκα, καταλείπει δὲ τὸ φαυλότερον, ὅπερ αἴτιον γίνεται τῆς κακοχυμίας ταῖς κυούσαις, ἣν μετὰ τὸν τόκον ἡ φύσις ἐκκενοῖ, αὐτὸς δὲ, εἴθ' ἡμῶν δόντων τὸ φάρμακον εἴτε καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐκκαθαιρούσης τὸ σῶμα τῶν λυπούντων χυμῶν ἡ κένωσις γένοιτο, καθάρσεις εἴωθεν ὀνομάζειν. ἔξεστι μέντοι καὶ μαρτυρῆσαι τοῖς παλαιοῖς οὐ κένωσιν ἁπλῶς καλεῖσθαι τὴν διὰ καταμηνίων ἔκκρισιν, ἀλλὰ κάθαρσιν, ὥσπερ γε καὶ τὴν διὰ τῶν καθαιρόντων γινομένην φαρμάκων καὶ τὴν λοχείαν, κάθαρσιν ὠνόμασαν οἱ ἰατροὶ, οὐχ ἁπλῶς κένωσιν. ἡ δὲ αὐτὴ λέξις παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐξηγηταῖς ποικίλως γέγραπται. Διοσκορίδης γὰρ οὕτω γράφει, πρὸς δὲ τἀφροδίσια αἱ οὐραὶ ἔβλεπον. Ἡρακλείδης δὲ οἴεται τοῦτο ἀπίθανον εἶναι, διὸ νομίζει ὅτι θύραι ἦν γεγραμμένον διὰ θ. τῆς μέσης γραμμῆς ἐν αὐτῇ ἢ τῷ χρόνῳ διαφθαρείσης ἢ τοῦ βιβλιογράφου

non ſolum ipſam plenitudinem, verum etiam cacochymiam efficiat. Nam dictum eſt foetum in ſe meliorem quo nutriatur ſanguinis portionem trahere, deteriorem vero relinquere, quae cauſa eſt praegnantibus cacochymiae, quam natura poſt partum evacuat. At auctor, ſive nobis medicamentum exhibentibus, ſive etiam natura ipſa corpus expurgante, infeſtantium humorum vacuatio fiat, purgationes nominare conſuevit. Veterum tamen teſtimoniis etiam confirmare licet vacuationem non ſimpliciter eam vocari quae per menſtruorum excretionem fit, ſed purgationem, quemadmodum eam etiam quae per purgantia medicamenta editur et lochiam ſeu puerperii purgationem medici nominarunt, non ſimpliciter vacuationem. Ipſa vero dictio variis modis a priſcis interpretibus ſcripta legitur. Dioſcorides enim ita ſcribit; ad venerea autem *οὖραι* reſpiciebant. At Heraclides id cenſet eſſe incredibile, propterea exiſtimat *θύραι*, quod eſt *januae*, per *θ* ſcriptum eſſe, media litera in ea aut tempore deperdita

Ed. Chart. IX. [141. 142.]

πρώτου σφαλέντος. ἀλλὰ οὐδετέρα γραφὴ διδάσκει τι τῆς γνώμης ἐχόμενον τοῦ παλαιοῦ, διὸ ἡγησάμην ἐγὼ, μᾶλλον ἀπὸ τοῦ συγγραφέως οἱ ῥοοὶ [142] γέγραπται, ἤ τι ἄλλο, ἵνα λόγος εἴη περὶ τῶν ῥύσεων τῶν γυναικείων, περὶ ὧν πᾶσα νῦν ἐστὶν ἱστορία. αὗται μὲν γὰρ καὶ πάνυ ἐν ταῖς συνουσίαις τὰς γυναῖκας ἐνοχλοῦσι καὶ διὰ τὸν ῥοῦν τὸν συνεχῆ καὶ διὰ τὴν μεγάλην τῶν αἰτίων θερμασίαν καὶ τὸν κνησμὸν καὶ τὴν τοῦ ὀσφύος τε καὶ βουβῶνος ὀδύνην καὶ τὴν τῆς νειαίρας τάσιν καὶ τὴν τῆς κακοσμίας σφοδρότητα.

κγ'.

Τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη γενομένη πρόσθεν μηδέποτε γενομένη, σημεῖον χρηστὸν, οἷον Δημαινέτῃ ἐγένετο. ἴσως δέ ἐστι καὶ τεχνήσασθαι· καὶ γὰρ αἱ ταραχαὶ αἱ τοιαῦται ἀλλοιοῦσιν, ἴσως δὲ καὶ ὀξυρεγμίαι λειεντερίην λύουσιν.

---

aut primo libri ſeriba decepto. Verum neutra ſcriptura docet nos quicquam ex mente ſenis acceptum. Quare duxerim ego potius ab ipſo auctore, οἱ ῥοοὶ, hoc eſt *fluores* ſcriptum fuiſſe vel quiddam aliud; ut oratio ſit de muliebri fluore, de quo tota eſt hiſtoria. Hic namque admodum in congreſſibus mulieres infeſtat tum propter aſſiduum fluorem tum propter magnum pudendorum calorem et pruritum, nec non lumborum et inguinis dolorem et imi ventris tenſionem foetorisque vehementiam.

XXIII.

Diuturnis lienteriis ructus acidus obortus, antea nequaquam factus bonum ſignum, quale Demaenetae contigit. Fortaſſis autem etiam arte parare licet. Etenim hujusmodi perturbationes mutationes concitant. Fortaſſis etiam ructus acidi lienteriam ſolvunt.

Ed. Chart. IX. [142.]

Αὕτη ἡ ῥῆσις μικρόν τι ἄλλως γεγραμμένη ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς εὑρίσκεται, καὶ ἡμεῖς ἤδη αὐτὴν ἐξηγησάμεθα καὶ τὰς τοῦ Ἐρασιστράτου περὶ λειεντερίας τε καὶ δυσεντερίας καὶ τεινεσμοῦ ῥήσεις προσεθήκαμεν, καὶ ἐδείχθη ὅτι ἀλλότρια γράφει τῆς γνώμης τῶν ἐπιφανεστάτων ἰατρῶν, οἷον Φιλοτίμου, Ἡροφίλου, Εὐδήμου, Ἀρχιγένου, Διοκλέους, Πραξαγόρου καὶ τῶν ἄλλων παλαιῶν. διὸ οὐ χρὴ μηκύνειν τὸν λόγον. ὃ δὲ λέγει, καὶ γὰρ αἱ ταραχαὶ αἱ τοιαῦται ἀλλοιοῦσι, γίνεται τῷ λόγῳ τῆς τῶν νόσων μεταπτώσεως, ὥσπερ ὁ τεταρταῖος ἐπιληψίαν ἰᾶται καὶ πυρετὸς ὁστισοῦν σπασμὸν καὶ τὴν ὀφθαλμίαν διάῤῥοια, καὶ πλευρῖτις περιπνευμονίαν καὶ λήθαργον φρενῖτις καὶ τἄλλα πολλὰ τὰς νόσους θεραπεύει.

κδ΄.

Ἰήθη ἐλλεβόρου πόσει Λυκίη, τὰ ὕστατα σπλὴν μέγας καὶ ὀδύναι καὶ πυρετὸς καὶ εἰς ὦμον ὀδύναι καὶ ἡ φλὲψ ἡ κατὰ σπλῆνα ἐπ᾽ ἀγκῶνι ἐτέτατο, καὶ ἔσφυζε μὲν πολλάκις,

Is textus paulo aliter ſcriptus in aphorismis invenitur et nos jam illum explicuimus, proditas et Eraſiſtrati de lienteria et dyſenteria et tenesmo ſententias appoſuimus, ac demonſtratum eſt aliena a mente ſcribi praeclariſſimorum medicorum, videlicet Philotimi, Herophili, Eudemi, Archigenis, Dioclis, Praxagorae aliorumque veterum. Propterea non opus eſt multis ſermonem protrahere. Quod vero pronunciat: *etenim hujusmodi perturbationes concitant,* id fit ratione permutationis morborum, ut quartana febris epilepſiam ſanat et quaecunque febris convulſionem et ophthalmiam diarrhoea et pleuritis peripneumoniam et phrenitis lethargum et alii plerique morbi morbis medentur.

XXIV.

Lycia veratri potione ſanata eſt. Poſtremo lien magnus fuit tum dolores tum febris. Dolores vero ad humerum pertingebant, atque vena quae ad lienem eſt in

Ed. Chart. IX. [142. 143.]
ἔστι δ' ὅτε καὶ οὐκ ἐτμήθη, ἀλλ' ἅμα ἱδρῶτι διῆλθεν ἢ αὐτόματον, ἐξ οὗ δὲ ἰόντων ὁ σπλὴν τὰ δεξιὰ ἐνετέτατο. πνεῦμα ἀνεδιπλασιάζετο, οὐ μὴν μέγα, παρεφέρετο, περιεστέλλετο. φῦσα ἐνίουσα οὐ διήει κάτω οὐδὲν, οὐδὲν οὔρει. ἀπέθανε πρὸ τοῦ τόκου.

---

[143] *Καὶ ὁ πυρετὸς καὶ ἡ ὀδύνη εἰς τὸν ὦμον καὶ τὸν αὐχένα καὶ ἡ τοῦ σπληνὸς οἴδησις καὶ τὸ πνεῦμα τὸ δισπλασιαζόμενον μεγάλην τοῦ σπληνὸς φλεγμονὴν εἶναι μαρτυροῦνται. πρόδηλον γὰρ ὅτι ὅταν ὄγκος κατὰ τὰς ὀξείας νόσους ἐν σπλάγχνοις γένηται, φλεγμονῆς ἐστὶ τὸ σύμπτωμα καὶ τούτους αὐτὸς μεγαλοσπλάγχνους ὀνομάζει. ὑποληπτέον δὲ καὶ παραφρονῆσαι τὴν γυναῖκα. * * * ἐπειδὴ τὸ πνεῦμα ἐδιπλασιάζετο, οὐ μὴν μέγα κατὰ λόγον γε. ἡ γὰρ δύσπνοια αὕτη ἐγένετο, διότι ἐπεπόνθη αὐτῆς τὸ νευρῶδες γένος τῶν ὀργάνων καὶ διὰ τοῦτο ἡ παντελὴς τῶν οὔρων ἐπίσχεσις καὶ διπλασιαζόμενον*

cubito distendebatur ac plerumque pulsabat; interdum vero neque secta est, sed una cum sudore aut sponte sua considebat. Quibus procedentibus lien ad dextra pertendebat. Spiritus intus duplicabatur, non tamen magnus, mente movebatur, coarctabatur flatus ingrediens nec quicquam deorsum subibat, neque mejebat; obiit ante partum.

Et febris et dolor ad humerum et cervicem et lienis tumor et duplicatus spiritus magnam lienis inflammationem esse testantur. Manifestum est, quum in morbis acutis aegrotantium tumor visceribus insidet, eum inflammationis esse symptoma hosque ipsum vocare viscerosos. Existimandum est etiam mulierem delirasse * * * * quoniam spiritus duplicabatur, non tamen ratione magnus. Ipsa namque spirandi difficultas contingebat, quia nervorum organorum genus ipsius affectum erat, proptereaque universa urina-

Ed. Chart. IX. [143.]
ἐγένετο εὔπνευμα. διὰ τί δὲ οὐ μέγα; ἢ διότι κατέψυκτο, περιεστέλλετο γὰρ, φησὶν, ᾧ ὀνόματι χρῆται αὐτὸς κατὰ τῶν ἀποψυχομένων τὴν ἔμφυτον θερμασίαν. οὕτως ἴσμεν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν γεγράφθαι, ἐξ ἀρχῆς δὲ περιεστέλλετο καὶ διὰ τέλεος καὶ πάλιν ἀεὶ περιεστέλλετο, περὶ τῆς τοῦ Δεάλκους γυναικὸς, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ κατακειμένου ἐν τῷ Δεάλκους κήπῳ, ἑπτακαιδεκάτῳ φησὶ πρωῒ ἄκρεα ψυχρὰ περιεστέλλετο. περὶ δὲ τῶν δυσπνοιῶν τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν, ἅσπερ Ἱπποκράτει ἐστὶν εὑρεῖν, διελεξάμην ἐγὼ ἐν τρισὶ βιβλίοις ἃ περὶ δυσπνοίας ἔχουσι τὴν ἐπιγραφήν. εἰκὸς δὲ καὶ τὴν φλέβα ἐπ' ἀγκῶνι τετάσθαι, ἣ εἰς τὸν σπλῆνα φέρεται καὶ τοῦτο πεπονθέναι διὰ τὸ παχὺ, ἰλυῶδες καὶ ζέον αἷμα τὸ ἐν αὐτῇ. τοῦ δὲ πάθους βοήθημα μέγιστον νομίζεται ἡ φλεβοτομία, μάλιστα δὲ διὰ τὴν τοῦ σπληνὸς φλεγμονήν. οὐκ ἐγένετο δέ. τὸ δὲ ἔσφυζε λέγει, ὅπερ καὶ τῆς φλεγμονῆς τε καὶ τοῦ ὄγκου σημεῖόν ἐστιν, ἐν οἷς οἱ παλαιοὶ εἶναι σφυγμὸν εἰρήκασιν. τὸν δὲ

rum ſuppreſſio facta eſt duplicabaturque ſpiritus. Cur autem non magnus? aut quia refrigerabatur: coarctabatur enim, inquit: quo vocabulo in iis utitur qui ſecundum nativum calorem refrigerantur. Sic ſcimus in tertio epidemiorum ſcriptum eſſe. Ab initio autem coarctabatur et in fine ac iterum ſemper coarctabatur; de Dealci uxore, imo et decumbente in Dealcis horto ſeptimo decimo, inquit, mane extrema frigida coarctabantur. At de his ſpirandi difficultatibus ac de aliis omnibus quas reperire licet apud Hippocratem, loquutus ſum ego tribus in libris de dyſpnoea inſcriptionem habentibus. Conſentaneum vero eſt etiam venam, quae ad lienem fertur, ad cubiti flexum porrectam eſſe, idque pati propter craſſum, foeculentum et ferventem ejus ſanguinem. Cujus affectionis auxilium maximum cenſebatur venae ſectio, maxime vero propter lienis inflammationem, quae minime facta eſt. *Pulſabat* autem, inquit, quod et inflammationis et tumoris ſignum eſt, in quibus veteres pulſum eſſe dixerunt. Tumorem

Ed. Chart. IX. [143.]

ὄγκον μαρτυρεῖ τὰ ἑπόμενα, ὅτε φησίν· ἀλλ' ἅμα ἱδρῶτι διῆλθεν ἢ αὐτόματον, αὐτὸν σημαίνων ἢ δι' ἱδρώτων ἢ καὶ ἄνευ διεληλυθέναι * * *

ὅτι μὲν οὖν τῆς ἁλυκῆς τε καὶ ἁλμυρᾶς μετέχει ποιότητος ἡ γεῦσις μαρτυρεῖ, πολλάκις δὲ καὶ πικρότης τις σαφὴς αἰσθάνεται. ἔστι δ' ὥσπερ ἐν τοῖς ὑγιαίνουσιν ἁλυκὸς, ὡς γινώσκεται παραρέων εἰς τὸ στόμα τῶν ἀκόντων ἱδρὼς, οὕτω καὶ ἐν τοῖς νοσοῦσιν. ὅμως δὲ παρὰ μικρὸν ἐξαλλάττεται καὶ κλίνεταί πως πρὸς τὴν τοῦ κρατοῦντος χυμοῦ καὶ νοσοποιοῦ γεῦσιν * * * * * * * ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ πρὸς ἀγαθοῦ διαπνεομένων τῶν λελεπτυσμένων χυμῶν, οὓς, ὅταν ὦσι παχυμερέστεροι, δι' αἰσθητῶν ἐκκρίσεων ἡ φύσις ἐκκενοῖ τοῦ σώματος, ἱδρῶτάς τε κινοῦσα καὶ πλῆθος οὔρων ἢ διαχωρημάτων ἢ ἔμετον ἐπάγουσα. νῦν δὲ οὐκ ἐκκαθαίρουσα τὸ σῶμα καὶ κινοῦσα τὰ λυποῦντα φαίνεται ἡ φύσις ἐργαζομένη τοὺς ἱδρῶτας, ἐπειδὴ οὔτε διήει κάτω

autem esse testantur sequentia, dum dicit: *Verum una cum sudore aut sponte sua confidebat;* quibus ipsum significat aut cum sudoribus aut et citra sudores dissolutum fuisse. * * * *

Quod itaque et salsae et marinae qualitatis participet testatur gustus. Saepe vero et amaritudo quaedam manifesta deprehenditur. Est autem ut in sanis salsus dolor, ut cognoscitur si sudor casu in os confluat, sic in aegrotis. Nihilominus tamen paulatim mutatur et ad praedominantis humoris morbumque excitantis gustum. * * * * Sed interdum etiam ad bonum est perspiratis et attenuatis humoribus, quos e corpore, quum crassiores fuerint, per sensibiles excretiones natura vacnat, ubi sudores et urinarum aut dejectionum copiam aut vomitum invehit. Nunc vero ubi non expurgat corpus et quae molesta sunt commovet, videtur natura sudores efficere, quoniam neque deorsum quicquam dejiciebat, neque urinam emittebat mulier, ut

Ed. Chart. IX. [143. 144.]

οὐδὲν, οὔτε οὔρει ἡ γυνὴ ὡς τὴν περιουσίαν τῶν μοχθηρῶν ἐκκρίνεσθαι, ἀλλὰ πρὸ τόκου ἀπέθανε.

κέ.

[144] *Τὰ ἀμφὶ φάρυγγα ἑτεῤῥοπα, ὁρμήσαντα, οὐκ ἐφελκώθη, ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ μετῆλθεν, εἰς σπλῆνα ὀδύνη ἦλθεν ἀκρίτως.*

Τοῦτο κατ' ἴξιν ἐγένετο, ὃ γὰρ εἰς τὰ ἀριστερὰ μετῆλθεν, κατέσκηψεν εἰς τὸν σπλῆνα καὶ ὀδύνην εἰργάσατο καὶ οὐκ ὠφέλει, διότι ἀκρίτως. εἴωθε μὲν Ἱπποκράτης οὕτω γράφειν, ὡς λέγειν, τὰ παρ' οὖς καὶ τὰ κατὰ φάρυγγα σημαίνων τὰ ἐπάρματα, τὰ σκληρύσματα, τὰ ἐρυθήματα, τὰ οἰδήματα καὶ τὰς παρωτίδας καὶ κατὰ τουτὶ τὸ σημαινόμενον εἶπεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. ἐπάρματα δὲ παρὰ τὰ ὦτα πολλοῖσιν ἑτεῤῥοπα ἦν καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τοῖσι πλείστοισι ἐνδεικνὺς, ὅτι παρὰ ἓν μόνον οὖς ἡ πα-

pravorum humorum redundantiam excerneret; ſed ante partum obiit.

XXV.

Quae circum fauces ad alterutram partem ſua irruptione vergebant, exulcerata non ſunt, in ſiniſtram tranſierunt, in ſplenem dolor proceſſit citra judicationem.

Hoc e directo accidit. Quod enim ad ſiniſtra tetendit, ad lienem delatum eſt doloremque concitavit, neque juvabat, quoniam citra judicium. Conſuevit ſane Hippocrates ita ſcribere quo dicat, quae ad aures et quae ad fauces, quum ſignificat eparmata, ſclerysma, rubores, tumores, parotidas, qua ſignificatione pronunciavit primo epidemiorum libro. At eparmata ſeu tubercula multis ad alterutram aurem, plurimis ex utraque propenderunt, quibus indicat: in una ſolum aure parotidem fuiſſe. Atque

Ed. Chart. IX. [144.]
ρωτὶς ἦν. καὶ πάλιν, τοῖσι δὲ καὶ μετὰ χρόνον φλεγμοναὶ μετ' ὀδύνης εἰς ὄρχιν ἑτερόῤῥοποι, τοῖσι δὲ εἰς ἀμφοτέρους. καὶ μετ' ὀλίγον περὶ κυναγχικῶν φησιν, οἷσι μὲν οὖν ἦν ἐς ὀρθὸν ἐξόγκωμα, μήτε ἑτερόῤῥοπον, οὗτοι οὔτε παραπληκτικοὶ ἐγένοντο. * *

* *οὐ δύναται γὰρ ὀξύς τε καὶ καίων ὁ χυμὸς, ἐξ οὗ γίνεται πυρετὸς, ἐν τοῖς ὠσὶν ἀπόστασιν γεννᾷν. ἐν δὲ τοῖς κατωτέρω τοῦ σώματος μέρεσι γίνονται μὲν αἱ ἀποστάσεις ἐκ τοῦ ψυχροῦ σφόδρα καὶ παχέος χυμοῦ, ὥσπερ ἐκ τοῦ μέσου τούτων αἱ παρωτίδες.* * * *

κστ'.

Ἱέρωνι ἐκρίθη πεντεκαιδεκαταίῳ. τῇ Κώου ἀδελφεῇ ἧπαρ ἐπήρθη σπληνικὸν τρόπον, ἀπέθανεν δευτεραίη.

Ἱέρων ἐκρίθη καὶ διὰ τοῦτο ἐσώθη. ἐν δὲ τῇ ἀδελφῇ

iterum: quibusdam etiam processu corporis in testiculorum alterum, quibusdam vero in utrumque inflammationes cum dolore concidunt, et paulo post de angina laborantibus inquit, quibus itaque in rectum erat tumor, neque in alteram partem propendebat, hi neque paraplectici efficiebantur. * * * *

Non enim potest acer et ardens humor, ex quo fit febris, in auribus abscessum procreare; in inferioribus autem corporis partibus fiunt quidem abscessus ex vehementi frigido et crasso humore, quemadmodum ex istorum medio parotides. * * *

XXVI.

Hieroni decimo quinto judicatio facta est. Coi sorori splenico modo jecur sublatum est, ac die secundo mortua est.

Hieroni judicatio facta est proindeque convaluit. Quia

τοῦ Κώου τὸ τοῦ ἥπατος ἔπαρμα σημεῖόν ἐστι μεγάλης τοῦ ἥπατος φλεγμονῆς, διὸ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν ἀπέθανε.

κζ'.

[145] *Βίων ἅμα τε οὔρει ὑπέρπολυ, ἀνυπόστατον καὶ αἷμα ἐξ ἀριστεροῦ. ἦν γὰρ καὶ ὁ σπλὴν κυρτὸς καὶ σκληρὸς καὶ ἄνω περιεγένετο ὑποστροφή.*

Σημαίνει τὸν τοῦ σπλάγχνου ὄγκον τῷ εἰπεῖν, σπλὴν κυρτός τε καὶ σκληρός. οὕτως μὲν γὰρ καὶ ἐν τῇ τοῦ Φιλίσκου ἱστορίᾳ, σπλὴν, φησὶν, ἐπήρθη, περιφερεῖ κυρτώματι. καὶ ἐν τῷ προγνωστικῷ τῶν ὑποχονδρίων πόνους τε καὶ κυρτώματα καλεῖ, ἃ ἔμπροσθεν οἰδήματα προσηγόρευε. ἔστι δὲ ταῦτα, πάντες οἱ παρὰ φύσιν ὄγκοι, χωρὶς μὲν φλεγμονῆς οὗτοι γινόμενοι, πνευματώδεις, καὶ μάλιστα ὅταν ὦσι πρόσφατοι.

---

vero in Coi forore hepatis tumor fignum eft magnae inflammationis, fecundo die interiit.

XXVII.

Bioni quum ex larga urina nihil fubfideret, ex nare finiftra fanguis erupit. Etenim lien furfum incurvus erat ac durus fuperne manfit. Hinc recidiva.

Visceris tumorem fignificat dum dicit lienem et incurvum et durum effe. Sic etenim in Philisci historia: fplen, inquit, intumuit circulari incurvatione. Et in prognoftico hypochondriorum et dolores et curvationes vocat, quas fuperius tumores denominaverat. Sunt autem hi omnes tumores, qui praeter naturam citra inflammationem contingunt, flatulenti quidem, ac maxime quum recentes extiterint.

Ed. Chart. IX. [145.]

κη'.

Ἦν δὲ τῶν κυναγχικῶν τὰ παθήματα τάδε. τοῦ τραχήλου οἱ σπόνδυλοι ἔσω ἔῤῥεπον, τοῖσι μὲν πλέον, τοῖσι δὲ πέλας καὶ ἔσωθεν ἔνδηλος ἔγκοιλον ἔχων ὁ τράχηλος καὶ ἤλγει ταύτῃ ψαυόμενος.

Τὸ κυνάγχης εἶδος ἐκτίθεται νῦν σπανίως ἡμῖν ἑωραμένον. γίνεται μὲν κατὰ τοὺς πρώτους σπονδύλους, ὧν ὁ δεύτερος ἔχει τὴν ἀπόφυσιν, ὀδοντοειδῆ ὀνομαζομένην. ἀφ' ἧς καὶ τὸ μόριον ὀδοὺς ὑφ' Ἱπποκράτους καλεῖται. φησὶ δὲ κατωτέρω τοῦ σπονδύλου τούτου γεγονέναι τὴν κυνάγχην, οὐχ ὁμοίως ὀξεῖαν οὖσαν τῇ κατὰ τὸν δεύτερον γενομένῃ. οὐ μόνον γὰρ μετάστασις τῶν σπονδύλων ἔσω, ἥτις ὀνομάζεται λόρδωσις, ἀλλὰ καὶ ἡ εἰς τοὐπίσω ταῖς εἰς τὴν ἔσω χώραν τάσεσιν ἕπεται, ἑλκομένων τῶν νευρωδῶν σωμάτων ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα συνισταμένων παρὰ φύσιν ὄγκων. ὅταν οὖν εἷς μόνος ἕλκηται σπόνδυλος ἢ καὶ δύο καὶ τρεῖς

XXVIII.

Qui autem angina laborabant, eorum hae ſunt affectiones. Cervicis vertebrae intro vergebant, quibusdam amplius, quibusdam prope collumque conſpicuam intro cavitatem habebat et hac parte contactum dolebat.

Nunc anginae ſpeciem exponit, quae raro a nobis viſa eſt. Fit autem in primis vertebris, quarum ſecunda proceſſum habet dentiformem nominatum, a quo et pars dens ab Hippocrate vocatur. Dicit autem infra hancce vertebram anginam extitiſſe, non peraeque acutam ac eam quae fit in ſecunda. Non enim ſolum eſt vertebrarum introrſum demigratio, quae pandatio nominatur, verum etiam quae retrorſum tenſiones ad interiorem regionem ſequitur, tractis nervoſis corporibus a tumoribus hic contra naturam conſiſtentibus. Quum igitur una ſola trahitur vertebra, vel etiam duae tresve mutua ſerie, ſpina

Ed. Chart. IX. [145. 146.]
ἐφεξῆς ἀλλήλων, λορδοῦται κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἡ ῥάχις. ὅτε δὲ μεταξὺ τῶν ἑλκομένων σπονδύλων εἷς ἢ πλείους ἀπαθεῖς διαμείνωσι, οὐ λορδοῦσθαι, ἀλλὰ ἀνάπαλιν κυρτοῦσθαι συμβαίνει τούτους. ὡς εἰ κατὰ θάτερόν μέρος ἤτοι τὸ δεξιὸν ἢ τὸ ἀριστερὸν ἡ ὁλκὴ γένηται, πρὸς ἐκεῖνον σκολιοῦται ἡ ῥάχις. φησὶ δὲ ἐπὶ μὲν τῆς λορδώσεως οὐδένα γενέσθαι παραπληκτικὸν, ἐπὶ δὲ τῆς σκολιώσεως ἐν τῷ περὶ ἄρθρων φησὶ γενέσθαι ἄχρι χειρός. τουτὶ δὲ τὸ πάθος γέγραφεν αὐτὸς εἶναι θανάσιμον κατ' ἐκεῖνον τὸν ἀφορισμὸν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἦν, ἐπὶ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστράφηται. καὶ κατὰ τὸ προῤῥητικὸν, ἔνθα φησὶν, οἷς πνεῦμα ἀνέλκεται, φωνὴ δὲ πνιγώδης, ὁ σπόνδυλος ἐγκάθηται. ὅταν [146] γὰρ οἱ ἐπικείμενοι μύες ἐν τοῖς πρόσω μέρεσι τοῦ ὀδόντος φλεγμήναντες ἢ ὁπωσοῦν ἐνταθέντες πρὸς ἑαυτοὺς σπάσωνται ὅλον τὸν σπόνδυλον, ἡ μὲν ὀπίσω χώρα κοιλοτέρα φαίνεται, θλίβεται δὲ ὁ λάρυγξ καὶ κατὰ τοῦτο πνίγονται. σπανιωτάτη δὲ ἡ τοιαύτη κυνάγχη γίνεται καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν ἀφορισμὸν, πρεσβυτέ-

panda luxatur illa in parte. Quum vero inter attractas vertebras una vel plures illaeſae permanſerint, non eas pandari, ſed contra gibbescere accidit, ut ſi ad alterutram partem aut ad dextram vel ſiniſtram partem attractatio fiat, ad illam ſpina intorqueatur. Dicit autem in ſpinae quidem pandatione nullum factum eſſe paraplecticum, in obliquatione vero libro de articulis adusque manum paraplecticum fieri pronunciat. At hunc affectum ipſe letalem eſſe ſcripſit hoc in aphorismo, cujus initium eſt: *ſi febre detento repente cervix intorqueatur.* In prorrhetico quoque, ubi dicit: *quibus ſpiritus attrahitur, vox autem ſuffocat, inſidet vertebra.* Quum enim adjacentes musculi in anterioribus dentis partibus ferveſcentes aut quomodocunque intenſi totam ad ſe vertebram attraxerint, regio quidem illa poſterior cava magis apparet, premitur autem larynx indeque ſuffocatur. At rariſſima eſt hujusmodi cynanche et in illo aphorismo. Senioribus autem factis

Ed. Chart. IX. [146.]
ρoισι δὲ γενομένοισι παρισθμία σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες. σημαίνει δὲ τοῦτο τὸ γένος κυνάγχης καὶ ἐν τῷ περὶ ἄρθρων γράφων οὕτως· καὶ μέντοι καὶ ἀναγκάζονται κατὰ τὸν μέγαν σπόνδυλον λορδὸν τὸν αὐχένα ἔχειν, ὡς μὴ προπετὴς εἴη αὐτοῖσιν ἡ κεφαλή. στενοχωρίην μὲν οὖν πολλὴν τῷ φάρυγγι παρέχει καὶ τοῦτο εἰς τὸ εἴσω ῥέπον. * —— * * *ἐν μὲν οὖν τῇ κυνάγχῃ τε καὶ παντὶ νοσήματι, ὃ τοῖς παιδίοις συμβαίνει, τῆς στενοχωρίας ὁ νοσῶν αἰσθάνεται καὶ οὐ δύναται κάμπτειν τι. ὠκυτέρα δὲ νομίζεται κυνάγχη ἡ ἐν τῷ φάρυγγι οὐκ ἔχουσα οὔτ᾽ ἀπόστημα οὔτ᾽ ἐρύθημά τι, ἀλλὰ τοῦτο ἐν μόνοις τοῖς μυσὶ συνίσταται. τὸ δὲ πάθος αὐτὸ τῶν ψυχρῶν καὶ γλίσχρων καὶ ὠμῶν χυμῶν ἔκγονόν ἐστιν.* * * ——*διὸ ὅτε μέγα σοι φαίνοιτο τὸ ἀπόστημα, χρῆσις τῶν βοηθημάτων εἰς τὸ στόμα ἀνιεμένων οὐκ ἀρκεῖ, ἀλλὰ δεῖ καὶ καταιονεῖν καὶ καταπλάττειν ἔξωθεν καὶ λουτροῖς χρῆσθαι, πλὴν εἰ μὴ ἐν τῇ παρακμῇ.*

---

tonsillae vertebrae prope occipitium intro impulsus. Significat autem id cynanches genus et in libro de articulis ita scribens: *praeterea etiam coguntur in magna vertebra pandam cervicem habere, ne sit ipsis procidum caput.* Multam itaque angustiam praebet faucibus, idque introrsum propendens. * * * * *
In cynanche igitur et in omni morbo pueris oboriente aegrotus angustiam sensu percipit, neque quicquam deglutire potest. Celerior autem cynanche dicitur, quae in faucibus neque abscessum neque ruborem aliquem prae se fert, sed in solis musculis hoc consistit. Is affectus frigidorum viscidorumque humorum est soboles * * * * propterea si quando magnus tibi appareat abscessus, quae per os immittuntur auxilia, eorum usus non sufficit, sed et foris linimenta et cataplasmata admovenda sunt, lavacris etiam, sed non nisi in declinatione utendum est.

Ed. Chart. IX. [146.]

κθ'.

Ἦν δὲ καὶ κατωτέρω τινὶ τοῦ ὀδόντος καλουμένου ὀστοῦ, ὃ οὐχ ὁμοίως ὀξύ ἐστιν. ἔστι δ' οἷσι πάνυ περιφερὲς μείζονι περιφερίᾳ. εἰ μὴ ξὺν τῷ ὀδόντι καλουμένῳ φάρυγξ οὐ φλεγμαίνουσα. κειμένη δὲ τὰ ὑπὸ γνάθους ὀγκηρὰ, οὐ φλεγμαίνουσιν ἴκελα.

Ὀδόντα καλοῦσιν οἱ παλαιοὶ τὴν ὀδοντοειδῆ ἀπόφυσιν τοῦ δευτέρου σπονδύλου, τὴν διηρθρουμένην τῷ κρανίῳ. γέγονε δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως, ἵνα τὴν κεφαλὴν ἀπάγῃ πρόσω τε καὶ ὀπίσω. ἡ γὰρ τοῦ πρώτου σπονδύλου διάρθρωσις πρὸς τὸ κράνιον περιφέρει τὴν κεφαλὴν εἰς τὰ δεξιὰ καὶ ἀριστερά.

λ'.

Οὐδὲ βουβῶνες οὐδενὶ ᾤδησαν, ἀλλὰ τῇ φύσει μᾶλλον.

XXIX.

At cuidam quoque affectus erat infra os dentem appellatum, quod non peraeque acutum est, quibusdam enim valde rotundum majori ambitu circumscribebatur, si cum dente appellato non esset, fauces non inflammabantur, sed subsidebant. Partes sub maxilla tumida inflammatis non erant similes.

Dentem vocant veteres dentiformem secundae vertebrae processum cranio articulatum. Factus est autem a natura, ut caput ante atque retro adducat. Primae siquidem vertebrae cum cranio articulatio caput ad dextram et sinistram circumducit.

XXX.

Neque bubones ulli intumuerunt, sed magis secundum naturam.

Ed. Chart. IX. [146. 147.]

Βουβῶνας καλεῖ νῦν Ἱπποκράτης τὰς ἐν τοῖς παρισθμίοις γινομένας φλεγμονὰς καὶ τοὺς ἀδένας.

λα'.

[147] *Καὶ γλῶσσαν οὐ ῥηϊδίως στρέφοντες, ἀλλὰ μείζων τε αὐτέοισιν ἐδόκει εἶναι καὶ προπετεστέρη καὶ ὑπὸ γλώσσῃ φλέβες ἐμφανέες, καταπίνειν οὐκ ἐδύναντο ἢ πάνυ χαλεπῶς.*

Τῆς γὰρ φάρυγγος ὠθουμένης ὠθεῖτο κατὰ συνεχὲς καὶ ἡ γλῶττα καὶ ἔξω τοῦ στόματος διικνεῖτο καὶ μεγάλη ἦν. ὅθεν οὐδὲ ῥαδίως αὐτὴν ἔστρεφον διὰ τὸ πάχος τοῦ χυμοῦ, ὅντινα καὶ αὐτὸς δηλῶν λέγει ὅτι καὶ ὑπ' αὐτὴν φλέβες ἐκφανεῖς.

λβ'.

Ἀλλὰ εἰς τὰς ῥῖνας ἔφευγεν, εἰ πάνυ ἐβίαζον, καὶ διὰ τῶν ῥινῶν διελέγοντο.

Bubonas nunc vocat Hippocrates, quae in tonfillis fiunt inflammationes et ipfas glandulas.

XXXI.

Linguam etiam non facile convolvebant, prominentior enim esse videbatur et quae sub lingua sunt venae, erant conspicuae, deglutire quiddam non poterant, aut admodum moleste.

Impulsis namque faucibus assidue quoque lingua impellebatur et ore egrediebatur et magna erat. Unde neque facile ipsam volvebant propter humoris crassitiem, quem ipse prodens pronunciat: *et quae sub lingua sunt venae, eas esse conspicuas.*

XXXII.

Imo si vi cogerent, id ad nares fugiebat et per nares loquebantur.

Ed. Chart. IX. [147.]

Ἔν τισιν ἀντιγράφοις γράφεται, ἀλλ' εἰς τὰς ῥῖνας ἐξέφευγε καὶ τὸ ποτὸν, εἰ πάνυ ἐβιῶτο.

λγ'.

Πνεῦμα δὲ τουτέοισιν οὐ πάνυ μετέωρον. ἔστι δὲ οἷσι φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι καὶ ἐν κεφαλῇσι καὶ ἐπ' αὐχένι ἐπαρμέναι.

Μετέωρον μὲν ἦν τὸ πνεῦμα διὰ τὴν στενοχωρίαν, οὐ πάνυ δὲ διὰ τὸ μὴ ἴδιον εἶναι τὸ πάθος τῶν ἀναπνευστικῶν μορίων.

λδ'.

Βραχὺ δέ τι τουτέων τοῖσι παλιγκοτάτοισι κρόταφοι θερμοὶ καὶ τἄλλα μὴ πυρεταίνοιεν. οὐ μὴν πνιγόμενοι οἱ πλεῖστοί, εἰ μὴ καταπίνειν προθυμέοντο ἢ πτύελον ἢ ἄλλο τι. οὐδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐγκαθήμενοι. οἷσι μὲν οὖν ἦν εἰς ὀρθὸν ἐξόγκωμα, μήθ' ἑτερόῤῥοπον, οὗτοι οὔτε πα-

In quibusdam exemplaribus ſcribitur: imo ad nares confugiebat etiam potius, ſi admodum cogeretur.

XXXIII.

Spiritus autem his non admodum ſublimis. Quibusdam vero temporum, capitis et cervicis venae intumeſcebant.

Sublimis quidem erat ſpiritus ob loci anguſtiam. Non autem admodum quod proprius non eſſet ſpirabilium partium affectus.

XXXIV.

Verum recrudeſcentibus ex his brevi calebant tempora, etiamſi alias non febricitarent. Non ſuffocabantur plurimi, niſi quum ſalinam aut aliud quiddam deglutire cuperent, neque intus oculi deſidebant. Quibus igitur neutram in partem tumor deflectebat, ſed recta proce-

Ed. Chart. IX. [147. 148.]

ραπληκτικοὶ ἐγένοντο, ἀπολλύμενον εἴ τινα εἶδον, ἀναμνήσομαι. οὓς δὲ οἶδα νῦν, πε- [148] ριεγένοντο. ἦν δὲ τὰ μὲν τάχιστα ῥηΐζοντα, τὰ δὲ πλεῖστα καὶ εἰς τεσσαράκοντα ἡμέρας περιήει, τοῦτο δὲ οἱ πλεῖστοι καὶ ἀπύρετοι.

Παλίγκοτα πάθη λέγει τὰ μηδεμίαν ἔχοντα στάσιν, τὰ παλίμβολα. ἐπὶ τούτων οὖν φησὶ, βραχυτάτη τούτων ἐστὶν ἡ θερμασία τῆς κεφαλῆς, εἰ μὴ τὸ ἄλλο πυρέττοιεν.

λε'.

Πολλοὶ δὲ καὶ πάνυ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔχοντές τι μέρος τοῦ ἐξογκώματος καὶ κατάποσις καὶ φωνὴ ἐνσημαίνουσα.

Ἐφ' οἷς ὠμὸς χυμὸς καὶ ψυχρὸς ἦν, ἐμποιῶν τὸν ὄγκον, οὗτοι πολὺν εἶχον χρόνον τὸ ἐξόγκωμα. σημεῖα δὲ

debat, neque hi paraplectici resolvebantur. Quodsi aliquem interiisse viderim, in memoriam revocabo. Quos autem nunc novi, ii superstites manserunt. Quidam ex morbo celerrime quidem recreabantur, plurimi vero quadraginta dies percurrebant, idque tempus etiam febre vacui.

Recrudescentes affectus vocat, qui nullam habent constantiam, mutabiles. In his igitur, inquit, brevissimus horum erat capitis calor nisi alias febricitarent.

XXXV.

Multi praeterea ad longissimum tempus aliquam tumoris partem reservabant, quae tum deglutitio tum vox indicabat.

Quibus aderat crudus et frigidus humor tumorem efficiens, hi longo tempore tumorem ferebant. Horum

Ed. Chart. IX. [148.]

τούτων, κἂν οἱ νοσοῦντες οὐδὲν ἔχειν ἐνόμιζον, κακὸν, ἥτε τῆς καταπόσιος στενοχωρία καὶ τὸ μὴ καλῶς διαλέγεσθαι.

λστ'.

Κίονές τε τηκόμενοι μινύθησίν τινα παρεῖχον, πονηρὸν οὐδὲν δοκέοντες κακὸν ἔχειν. οἱ δὲ ἑτερόῤῥοπα ἔχοντες, οὗτοι ὁπόθεν ἂν ἐγκλιθείησαν οἱ σπόνδυλοι, ταύτῃ παρελύοντο, τὰ δὲ ἐπὶ θάτερα εἵλκοντο. ἦν δὲ ταῦτα ἐν προσώπῳ καταφανέα μάλιστα καὶ τῷ στόματι καὶ τῷ κατὰ γαργαρεῶνα διαφράγματι. ἀτὰρ καὶ γνάθοι οἱ κάτω παρήλλασσον κατὰ λόγον. ἦν δὲ ταῦτα ἐν προσώπῳ καταφανέα μάλιστα καὶ τῷ σώματι.

Τοῦτο μὲν τὸ μόριον κατὰ φύσιν μὲν ἔχον γαργαρεὼν καλεῖται. νοσῆσαν δὲ ὅτε μὲν τὸ πέρας αὐτοῦ φλεγμαῖνον ὅμοιον γίνεται ῥαγὶ σταφυλῆς, σταφυλὴ καλεῖται, ὅτε δὲ

autem erant ſigna, tum ſi aegroti nullum malum ſe habere exiſtimarent tum loci deglutitionis anguſtia, neque decenter ſermocinari.

XXXVI.

Columellae quoque eliquatae pravam quandam imminutionis ſignificationem prae ſe ferebant, etſi nullum deterius malum habere videbantur. Qui vero tumores in alterutram partem vergentes habebant, hi unde vertebrae inclinatae fuerunt, iſtic reſolvebantur indeque verſus alteram partem trahebantur. Haec autem erant in facie maxime conſpicua, ore et eo quod ad gurgulionem eſt interſepto. Quin etiam genae inferiores pro ratione immutabantur.

Haec quidem pars ubi ſeſe habet ſecundum naturam gurgulio vocatur; quum vero male afficitur, ſi illius extremum inflammatum uvae acino aſſimiletur, uva; quum

Ed. Chart. IX. [148. 149.]

ὅλον, κίων, ὅτε δὲ ἐξίτηλον γίνεται, ἱμὰς προσαγορεύεται. τήκεται δὲ δριμέων χυμῶν καὶ περιττωμάτων εἰς αὐτὰ ἀναφερομένων. ἦν δὲ ταῦτα ἐν προσώπῳ καταφανέα μάλιστα καὶ τῷ στόματι. ταῦτα, φησὶ, μάλιστα δῆλα ἦν, τουτέστιν ἡ ἡμιπληγία ἔν τε τῷ οὐρανίσκῳ, ὃν τὸ στόμα αὐτὸς ἐκάλεσε, καὶ τῷ γαργαρεῶνι. πάσχουσι δὲ οὗτοι διὰ τὸ μέρος τῆς τρίτης συζυγίας τοῦ νωτιαίου μίγνυσθαι τῷ μέρει τῶν εἰς ταῦτα φερομένων τῆς ἀπὸ ἐγκεφάλου συζυγίας καὶ διανέμεσθαι καὶ λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης τὰ μέρη πάσχουσιν.

β'.

[149] *Αἱ δὲ παραπληγίαι οὐ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐγίνοντο, οἷον ἐξ ἄλλων, ἀλλὰ μέχρι χειρὸς, τὰ ὑπὸ τοῦ κυναγχικοῦ. οὗτοι καὶ πέπονα ἀναπτύοντες καὶ βραχὺ δὲ μόγις ἦσαν.*

---

pars universa, columella; quum extenuata est, lorum appellatur. Liquatur autem acribus humoribus et excrementis, quae in ipsam feruntur. *Haec autem erant maxime conspicua in facie, in ore et eo quod ad gurgulionem est intersepto.* Haec, inquit, maxime patebant scilicet hemiplegia in palato, quod os ipse vocavit et in gurgulione. Patiuntur autem isti, quod tertiae nervorum conjugationis spinalis medullae pars misceatur parti conjugationis nervorum a cerebro ad haec delatorum distribuaturque, unde necessario hae partes afficiuntur.

XXXVII.

Caeterum quae ab angina fiebant paraplegiae, non universum corpus perreptabant, velut ex aliis, sed adusque manum pertingebant. Atque ii et cocta, eaque pauca ac moleste exspuebant.

Ed. Chart. IX. [149.]

Αἱ δὲ παραπληγίαι, φησὶν, οὐ δι᾽ ὅλου τοῦ σώματος ἐγίνοντο, ὥσπερ ἐξ ἄλλων αἰτίων τὸ ἥμισυ τοῦ νωτιαίου, οἷον ἐμφράξεως γινομένης ἢ τομῆς, ἀλλ᾽ ἄχρι χειρὸς τὰ ἀπὸ κυναγχικῆς. ἴσμεν γὰρ ὅτι ἡ χεὶρ δέχεται τὰ νεῦρα ἀπὸ τοῦ τελευταίου τοῦ κατὰ τὸν τράχηλον σπονδύλου καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ μεταφρένου. οὗτοι δὲ πέπονα ἀνέπτυον, ἀνέπτυον μὲν ἀπὸ τοῦ διαφορεῖσθαι ὑγρὸν ἀπὸ τοῦ ὄγκου, πέπονα δὲ, τουτέστι πεπειρημένα ἐκ τοῦ χρόνου, λοιπὸν τῆς φύσεως κοσμούσης αὐτά. βραχὺ δὲ μόγις, ἀντὶ τοῦ μετὰ βίας, ἢ ὅτι ἀκμὴν ἐστενοχωρεῖτο ἢ ὅτι ἠσθένησεν αὐτοῦ ἡ κινητικὴ δύναμις.

λη΄.

Οἱ δ᾽ ἐς ὀρθὸν καὶ ἀπέπτυον.

Οἷς δὲ, φησὶν, ἰσόῤῥοπος ἡ μετάστασίς τε ἐγένετο, ἀκόπως ἀπέπτυον. μηδεμιᾶς γὰρ αὐτοῖς παραλύσεως γεγο-

Paraplegiae, inquit, per universum corpus non creabantur, quemadmodum aliis ex causis dimidium spinalis medullae, veluti obstructione aut incisione facta. Sed *adusque manum* quae ab anginosa affectione oboriuntur. Scimus enim manum nervos ab ultima cervicis vertebra atque dorsi principio recipere. *Atque hi matura exspuebant.* Exspuebant quidem quod a tumore humor discuteretur, Matura vero, hoc est tempore concocta sputa, caeterum a natura ipsa digerente. *Eaque pauca ac moleste* pro, cum violentia aut quod adhuc angustia perseveraret, aut quod ipsa motrix facultas debilis evaserat.

XXXVIII.

Quibus autem in rectum tumor decumbebat, itidem exspuebant.

Quibus autem, inquit, aequaliter tendebat immutatio, ii absque labore exspuebant. Nulla namque in ipsis

Ed. Chart. IX. [149. 150.]

νυίας οὐκ εἶχον ἀσθενῆ τὴν δύναμιν. τοῦτο δὲ μόνον τὸ κῶλον μεταξὺ κεῖται. τὰ γὰρ πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ᾽ αὐτὸ εἰσί.

λθ΄.

Οἷσι δὲ καὶ ξὺν πυρετῷ. οὗτοι πολλῷ μᾶλλον καὶ δύσπνοοι καὶ διαλεγομένοισι σιαλοχόοι καὶ φλέβες τουτέοισι μᾶλλον ἐπηρμέναι.

Τοῦ πυρετοῦ δηλονότι χέοντος τὸν ἐσφηνωμένον χυμὸν, δύσπνοοι δὲ πρῶτον μὲν διὰ τὸν πυρετὸν, εἶτα διὰ τὸ ψύχεσθαι θέλειν, κατεπείγοντος τοῦ πυρετοῦ καὶ διαλεγόμενοι σιαλοχόοι. τοῦ δ᾽ ὑγροῦ σύγχυσιν ὑπο- [150] μένοντος καὶ περὶ τὸ στόμα συναγομένου σιαλοχόοι ἦσαν. τῆς γὰρ φύσεως ἀσθενούσης καὶ ὁ κόσμος τοῦ σώματος καὶ ἡ διοίκησις ἠμελεῖτο. καὶ φλέβες τουτέοισι μᾶλλον ἐπαρμέναι, αἱ δὲ φλέβες ἐπηρμέναι, διὰ τὸν πυρετὸν ἀτμῶν πολλῶν γενομένων.

resolutione facta facultatem minime imbecillam sortiuntur. Hoc autem solum membrum interjacet. Quaedam enim ante et post ipsum existunt.

XXXIX.

Quibus vero etiam cum febre, hi multo magis ac difficulter spirabant et loquentes salivam fundebant, hisque venae magis tumescebant.

Febre scilicet praeclusum humorem fundente *difficulter* primum quidem spirabant propter febrem: deinde quod urgente febre refrigerari postularent. *Loquentes salivam fundebant.* Quum autem humiditas confunderetur, atque circa os colligeretur, salivam effundebant. Etenim quum natura esset infirma, corporis ornatus atque gubernatio negligebatur. *Hisque venae magis tumescebant.* Venae autem tumescebant, quod ob febrem multi in iis vapores producerentur.

Ed. Chart. IX. [150.]

μ'.

Καὶ πόδες πάντων μὲν ψυχρότατοι, τούτων δὲ μάλιστα καὶ ὀρθοστατεῖν οὗτοι ἀδυνατώτεροι καὶ οἵτινες μὴ αὐτίκα ἔθνησκον, οὓς δ' ἐγὼ οἶδα, πάντες ἔθνησκον.

Καὶ πόδες πάντων μὲν ψυχρότατοι. πάντων μὲν, ἐπειδὴ, ὡς ἐδιδάχθημεν καὶ λόγῳ καὶ πείρᾳ, ἀεὶ τῶν ἀσθενούντων οἱ πόδες ψυχροὶ καὶ τούτων μάλιστα ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ ἀφῃρημένου τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ. καὶ ἐκ τῆς ἀσθενείας μὴ δυναμένου ἐξικέσθαι μέχρι τῶν ἄκρων. διὰ τοῦτο καὶ ὀρθοστατεῖν οὐκ ἠδύναντο ἀντὶ τοῦ βαδίζειν καὶ τὰ συνήθη πράττειν. ἐπεὶ δὲ τούτων πάντες μὲν ἀπέθανον, ἀλλὰ οἱ μὲν εὐθὺς, οἱ δὲ ὕστερον. φησὶν ὅτι οἱ μὴ εὐθέως τελευτῶντες ὀρθοστατεῖν οὐκ ἠδύναντο. ἐπειδὴ ἡ μετάστασις τοῦ σπονδύλου ἢ μᾶλλόν ἐστιν ἢ ἧττον, περὶ τῆς ἧττον διαλεγόμενός φησιν ὅτι οἱ ἔχοντες τὴν μετάστασιν εἰς ὀρθὸν ἀντὶ τοῦ εἰς πρόσω ἀῤῥεπῶς, ὡς μήτ' ἐπὶ δεξιὰ μήτ'

XL.

Atque eorum omnium frigidiſſimi erant pedes. Ex quibus iſti praecipue, ſi qui non illico mortui ſunt. Ad recte ſtandum erant impotentiores. Quos autem ego novi omnes interierunt.

Atque omnium pedes erant frigidiſſimi. Omnium quidem, quoniam et ratione et experientia didicimus, ſemper imbecillium pedes frigidos eſſe eorumque potiſſimum ab abſumpto a febre nativo calore nequeunte prae imbecillitate ad extrema pervenire, propterea eos erectos ſtare, hoc eſt ambulare et conſuetas obire functiones non valuiſſe. His autem affectibus omnes interierunt, verum alii quidem celeriter, alii vero poſterius. Dicit eos qui non ſtatim interibant, ſtare minime potuiſſe. Quoniam vero vertebrae luxatio vel major vel minor eſt, de minore loquutus ait: *Qui luxationem in rectum ſortiuntur,* hoc eſt anterius neutram in partem ita propendent, ut

Ed. Chart. IX. [150.]
ἐπ' ἀριστερὰ, οὗτοι οὐδεμίαν ὑπέμενον παράλυσιν. τοῦτο γὰρ σημαίνει, τὸ παραπληκτικοί. διὰ τί; ὅτι αἱ ἀποφύσεις τῶν νεύρων οὐκ ἐθλίβοντο. οὐκ οὖν ἐνδεὴς ἦν ἐπίῤῥοια τῆς δυνάμεως. ὅθεν οὐδὲ ἀναισθησία ἢ ἀκινησία ἐγένετο.

neque dextrorſum, neque ſiniſtrorſum tenderent, eos nullam ſubiiſſe paralyſin. Hoc enim indicat vocabulum *paraplectici*, reſoluti. Cur? Quia nervorum proceſſus non comprimebantur. Non igitur facultatis influxus parcus erat, unde neque inſenſibilitas, neque immobilitas contigit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ Β. ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Γ.

Ed. Chart. IX. [152.]

α΄.

[152] *Ἐς Πέρινθον περὶ ἡλίου τροπὰς ὀλίγον τὰς θερινὰς ἤλθομεν. ἐγεγόνει δὲ ὁ χειμὼν εὔδιος, νότιος. τὸ ἔαρ καὶ τὸ θέρος πάνυ ἄνυδρον μέχρι πληϊάδων δύσεως. εἰ γάρ τι καὶ ἐγένετο, ἦν ὅσον ψεκάς.*

HIPPOCRATIS EPIDEM. II. ET GALENI IN ILLUM COMMENTARIUS III.

I.

Perinthum ad aeſtivum prope ſolſtitium venimus. Hiems quidem placida et auſtralis fuit, ver autem et aeſtas prorſus citra pluvias adusque vergiliarum occaſum. Etenim ſi quid aquae decidiſſet, quaſi exilis erat irroratio.

Ed. Chart. IX. [152.]

Ἐν τῷδε τῷ τρίτῳ τοῦ δευτέρου τῶν ἐπιδημιῶν τινὸς καταστάσεως μνημονεύει, γενομένης ἐν Περίνθῳ, καὶ διηγεῖται τὴν ὅλην τῶν νοσημάτων ἰδέαν. αὕτη μὲν ἀπὸ καύσου ἤρξατο καὶ ἐμετώδης γέγονε καὶ μέχρι πλεῖστον ἐχρόνισεν. προστίθησι δὲ καὶ ὡς χωρὶς ἐμέτων οἱ καῦσοι τότε ἐγίγνοντο καὶ ὡς ἡ γαστὴρ τοῖς τότε νοσοῦσι διεχώρει πολλά. ἐξ ὧν ἔξεστι τεκμαίρεσθαι τὴν τῆς καταστάσεως ὑπόθεσιν ἐν φλέγμασι διασηπομένοις γεγενῆσθαι, μεινάντων ἀπαθῶν τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων τε καὶ τοῦ στόματος τῆς κοιλίας, τοῦ καύσου δὲ ἐκ τῶν κατωτέρων μερῶν αὖθις ὁρμωμένου. ὄντος μὲν οὖν ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὃν καταγράφει, πάνυ αὐχμηροῦ καὶ πάνυ ἀνύδρου, τίς οὐκ ἂν ὑποπτεύσειε τῶν καύσων φοράν, μάλιστα δὲ ἐν τῇ ἀνομβρίᾳ μεγάλῃ καὶ ἀπνοίᾳ μακρᾷ; πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἀνήμετοι ἦσαν καὶ αἱ κοιλίαι λεπτοῖς, ὑδατώδεσι καὶ ἀχόλοις ἐταράττοντο. ταῖς δὲ γυναιξὶ τουτὶ τὸ ἔτος μάλιστα κινδυνῶδες ἦν, ὅτι ἡ χολὴ τῷ τῆς καταστάσεως αὐχμῷ τεθηριωμένη τὴν ὑγρὰν φύσιν οἰκτρῶς ἔτρυε καὶ πολυειδῶς καταπεπονημένην ἀφίει.

In tertia secundi epidemiorum sectione status cujusdam meminit Perinthi oborti et universam morborum ideam declarat, quae ab ardente febre duxit exordium, cujus comes fuit vomitus diuturno tempore grassatus. Adjicit autem et has febres ardentes tunc etiam citra vomitum accidisse et alvum tunc aegrotantium copiosis dejectionibus scatuisse. Unde conjectare licet subjectam status causam in putrente pituita extitisse spirabilibus organis et ventriculi orificio illaesis manentibus, concitatis iterum ex inferioribus partibus ardente febre et toto anni cursu, quemadmodum squalidum et perardidum describit. Quis non conjecturasset ardentium febrium impetum futurum? maxime vero in magna imbrium penuria et diuturno ventorum silentio? Praeterea vero neque vomitus aderant, et alvi tenuibus, aquosis et bile vacuis perturbabantur. Mulieribus autem hoc anno potissimum periculosum imminebat, quo bilis propter status siccitatem ferocior humidam naturam misere divexabat. Unde et

Ed. Chart. IX. [152. 153.]

ὅθεν καὶ κώματα καὶ παραφοραὶ καὶ τἄλλα ὅμοια τούτοις ἐγένοντο.

β΄.

Καὶ ἐτησίαι οὐ κάρτα ἔπνευσαν καὶ οἱ πνεύσαντες διεσπαρμένως. τοῦ θέρεος καῦσοι ἐπεδήμησαν πολλοί. ἦσαν δὲ ἀνήμετοι καὶ κοιλίαι ταραχώδεες λεπτοῖσιν, ὑδατώδεσιν, ἀχόλοισιν, ἐπ' ἀφροῖσι πολλοῖσι, ἴσχοντα, ἔστιν ὅτε καὶ ὑπόστασιν τεθέντα, ἐξ οἵων δὴ καὶ ἐξαιθριαζόμενον τὸ ἴκελον, ἴσα τῷ εἴδει διαχωρήματα διὰ παντὸς, κακόν.

---

[153] *Ἡ ὑγεία γίνεται ἐκ τῆς τῶν στοιχείων συμμετρίας, ὑγρότητος καὶ ξηρότητος καὶ θερμότητος καὶ ψυχρότητος. καὶ ἔνια τῶν σωμάτων καὶ φύσεων καὶ ἡλικιῶν ἐστι δύσκρατα. τούτοις οὖν αἱ μὲν ὅμοιαι καταστάσεις νοσώδεις εἰσὶν, αἱ δὲ ἐναντίαι συμφέρουσιν αὐταῖς. ὡς μὲν γὰρ τοῖς εὐκράτοις σώμασιν αἱ εὔκρατοι καταστάσεις ὑγιειναὶ, οὕτω καὶ αἱ*

comata, mentis emotiones, atque alia his ſimilia oboriebantur.

II.

Eteſiae non admodum ſpirarunt ſparſimque ſpirarunt. Aeſtate febres ardentes in vulgus multae graſſatae ſunt, quibus non erant vomitus, ſed alvi perturbationes ex tenuibus, aquoſis, non bilioſis, neque ſpumantibus multis quae interdum depoſita ſubſidebant, quibus ſane erat ſimile, quod ſoli exponebatur. Aequales ſpecie dejectiones ſemper malum.

Sanitas ex quatuor efficitur elementorum commoderatione, humidi, ſicci, calidi et frigidi. At nonnulla ſunt corpora et naturae et aetates intemperatae. His itaque ſimiles quidem ſunt ſtatus morbifici, quibus alii contrarii conferunt. Quemadmodum enim temperatis corporibus temperati ſtatus ſalubres exiſtunt, ſic etiam inter-

Ed. Chart. IX. [153.]

δύσκρατοι βλαβεραί. κατὰ τόνδε μὲν οὖν τὸν λόγον αἱ μὲν ἰσχυρῶς ὑγραὶ καὶ ψυχραὶ καταστάσεις ἐσχάτως βλάπτουσι τὰ δύσκρατα τῶν σωμάτων καθ᾽ ὑγρότητα καὶ ψυχρότητα. καὶ αἱ ὑγραὶ καὶ θερμαὶ τὰς ὑγρὰς καὶ θερμὰς τῶν κράσεων βλάπτουσι καὶ αἱ ξηραὶ καὶ θερμαὶ τὰς ὁμοίας. νῦν δὲ τὸ εὔδιον τοῦ χειμῶνος καὶ τὸ ἄπνουν τοῦ ἦρος καὶ τοῦ θέρους αἴτιά εἰσι τοῦ θέρους πνιγώδους. φύσει γὰρ οὔσης ἀεὶ τῆς θερινῆς ὥρας θερμῆς, ὅταν ἄπνοια προσγένηται, πνῖγος ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. ὃ γίνεσθαι συμβαίνει μήτε τῶν προδρόμων καλουμένων πνευσάντων μήτε τῶν ἑπομένων αὐτοῖς, οὓς καλοῦσιν ἐτησίας. ἔγραψε γὰρ αὐτὸς ὅτι οὐ λίαν ἔπνευσαν καὶ οἱ πνεύσαντες διεσπαρμένως. θερμοτάτης δὲ τοῦ θέρους ὥρας οὔσης, τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν γίνεσθαι συμβαίνει. χρόνος δ᾽ ἐστὶν οὗτος ἡμερῶν τεσσαράκοντα. γίνεται δὲ τοῦτο πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Μεταγειτνιῶνος μηνός. πρὸ δὲ τούτου ἐπιτολῆς ὀκτὼ σχεδὸν ἡμέρας οἱ βορέαι πνέουσιν, οὓς προδρόμους καλοῦσι.

pretati illis nocumento ſunt. Eadem profecto ratione vehementer humidi et frigidi ſtatus intemperata corpora humore et frigore ſummopere oblaedunt; humidi vero et calidi humidis calidisque temperamentis; ſicci quoque et calidi ſui ſimilibus detrimentum invehunt. Nunc autem hiemis ſerenitas et ver et aeſtas vaporibus vacua aeſtatis aeſtuoſae cauſae ſunt. Quum enim aeſtiva tempeſtas natura ſemper ſit calida, ubi additur vaporum vacuitas et ventorum ſilentium, aeſtum ſubſequi neceſſe eſt. Quod fieri accidit, quum prodromi venti neque ſpirarunt, neque eorum comites, quos Eteſias vocitant. Scripſit enim auctor non diu ſpiraſſe et ſi quando ſpirarunt, id ſparſim factum eſſe. Quum autem aeſtiva tempeſtas calidiſſima eſt, caniculae ortum fieri contingit. Hoc vero tempus eſt quadraginta dierum, quod Julii fit Idibus. Ante hujus exortum octo fere dies boreales venti perflant, quos prodromos vocitant. Poſt duos ab exortu dies iidem boreales venti citra interruptionem quadraginta diebus ſpirant,

Ed. Chart. IX. [153.]

*δυσὶ δὲ μετὰ τὴν ἐπιτολὴν ἡμέραις οἱ αὐτοὶ βορέαι εὐσταθῶς πνέουσιν ἡμέραις τεσσαράκοντα, οὓς ἐτησίας εἰώθασι καλεῖν. ὑπὸ τούτων δὲ νομίζονται μαλθακίζεσθαι τὸν τοῦ ἡλίου ἀτμὸν, τῷ τοῦ ἄστρου καύματι διπλασιαζόμενον, καὶ οὐ ῥαδίως εὑρήσεις ἄλλους ἀνέμους οὕτως ἀποτεταγμένους, καὶ οὗτοι πνέοντες πολλὰς νοσώδεις ἐν τῷ σώματι τῶν ἀνθρώπων διαθέσεως ἐκκόπτουσι, διὸ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἐπιδημιῶν καταστάσει εἶπεν, ἐτησίαι ὀλίγαι σμικρὰ διεσπαρμένως ἔπνευσαν· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἐτησίαι συνεχῶς ἔπνευσαν * * * * ὃ δὲ λέγει, ἐξ οἵων δὴ καὶ ἐξαιθριαζόμενον, μεγάλην τῶν λεπτῶν τε καὶ δακνωδῶν χυμῶν δριμύτητα σημαίνει, ἥπερ τῶν διαχωρημάτων ἀποθέντων καὶ ἐπαιθριαζομένων τὴν τῆς ἐγκαύσεως ἀφρίζουσαν ζέσιν οὐκ ἀποτίθεται. τῷ δὲ λέγειν τεθέντα σημαίνει κείμενα, ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ὅπου φησὶν, οὖρον κείμενον πολὺν χρόνον οὐ καθίστατο.*

γ'.

Ἐν τουτέοισι πολλοὶ κωματώδεες ἦσαν καὶ παράφοροι,

quos ventos Eteſias vocare conſueverunt. Ab his ventis molliorem reddi putant ſolis exhalationem propter duplicatum ſideris ardorem. Neque facile alios ventos invenies ita deſtinatos. Hi namque perflantes multos ab humanis corporibus affectus excidunt. Propterea in primo epidemiorum ſtatu dixit: Eteſiae pauci paulatim ſparſim ſpirarunt. In ſecundo vero Eteſiae continuo ſpirarunt.

* * * Quod vero proferat, *quod ſoli exponebatur*, magnam tum tenuium tum mordacium humorum acrimoniam ſignificat, quae expulſis et dejectis excrementis ſpumantem aeſtu fervorem non deponit. Quod vero dicit *depoſita*, jacentia ſignificat, ut in primo epidemiorum, ubi dicit, *ventus diu jacens minime quieſcebat.*

III.

Inter hos multi ſoporati erant ac mente emoti, hique

οἱ δὲ ἐξ ὕπνων τοιοῦτοι ἐγένοντο. ὅτε δὲ ἐγερθεῖεν, κατενόουν πάντα.

---

[154] *Τὸ κῶμα σημαίνειν ἔοικε καταφορὰν τὴν ὑπνώδη, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν φησὶν, ἦν δὲ κῶμα συνεχὲς, οὐχ ὑπνῶδες· ὡς γὰρ ὑπνῶδες εἶναι αὐτὸ καὶ ὡς τοιοῦτον ἀεὶ γινόμενον καὶ νῦν παραλόγως οὐ γινόμενον, οὕτως ἔγραψε, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ περὶ τοῦ Πυθίωνος λέγει, ἐνάτῃ κωματώδης, ἀσώδης, ὅτε διεγείροιτο. οἱ δὲ θαυμαστοὶ ἐξηγηταὶ ἀντιλέγουσιν ὅτι οὐκ οἴονται ἅμα καταφέρεσθαι καὶ ἀγρυπνεῖν, μὴ γινώσκοντες, ὅτι δύο εἰσὶν εἴδη καταφορᾶς, ὡς ἡμεῖς ἤδη γεγράφαμεν ἐν τῷ περὶ τοῦ παρ᾽ Ἱπποκράτην κώματος βιβλίῳ καὶ παράφοροι, φησὶν, ἐγένοντο, σημαίνει τὴν παραφροσύνην τινὰ βραχεῖαν. ἧς τὸ ποσὸν εἴωθεν αὐτὸς ἄλλοτε ἄλλοις ὀνόμασιν ἐνδείκνυσθαι, λέγων ληρῆσαι, παραληρῆσαι, παραφρονῆσαι, παρενεχθῆναι, παρακόψαι, ἐκστῆναι, μανῆναι καὶ*

tales evadebant; quum vero expergiſcerentur, omnia intelligebant.

Coma cataphoram ſomnolentam ſignificare videtur, ut ipſe tertio epidemiorum pronunciat: *Erat autem coma aſſiduum, non ſomnolentum.* Quod enim ipſum ſomnolentum ſit et quod tale ſemper ſit, quodque nunc praeter rationem non exiſtat, ita ſcripſit: *Eodem quoque de Pythione loquitur*; nono die erat comate ſoporatus, implacidus, ubi expergefactus eſſet. At magni nominis interpretes contendunt minime ſimul fieri poſſe et comate ſoporari et pervigilio premi, ignorantes duo eſſe cataphorae genera, ut jam nos libro de comate et ex Hippocratis ſententia ſcripſimus. *Ac mente emoti erant*, inquit, delirium quoddam breve indicat, cujus modum aliis atque aliis vocabulis oſtendere conſuevit hisce verbis: *nugari, delirare, deſipere, mente emoveri, inſanire, furere.* Hi

Ed. Chart. IX. [154.]

ἐκμανῆναι. ταῦτα μὲν δύο πάθη, τὸ κῶμα λέγω καὶ ἡ παραφορὰ, κατὰ τὸν ὕλης λόγον ἀντικείμενα φαίνεται. τὸ γὰρ κῶμα ἔκ τε τῆς τοῦ ἐγκεφάλου ψυχρότητος καὶ ὑγρότητος, ἐκείνη δὲ ἐκ τῶν ἐναντίων ποιοτήτων ὡς τὰ πολλὰ φαίνεται γίνεσθαι. ἀλλὰ μὴν πολλάκις κατὰ τὴν κινδυνώδη τῶν χυμῶν συζυγίαν μίγνυνταί τε καὶ συντρέχουσιν, ὡς ἐν τῇ Σιληνοῦ ἱστορίᾳ γέγραπται, παρέκρουσε μικρά. εἶτα δὲ ὕπνοι λεπτοὶ, κωματώδεες, ὡς εἶναι τὸ κῶμα ἐνίοτε ἐκ τῆς ἀμέτρου τῶν ψυχικῶν δυνάμεων ἀσθενείας καὶ ὡσανεὶ σβέσεως, τῆς κινήσεως αὐτῆς κατακοιμισθείσης καὶ σχεδὸν καθ᾽ ἅπαν ἀπολαμβανομένης. ἔστι δὲ καὶ ταῦτα παρ᾽ Ἱπποκράτην, κῶμα βαθὺ μετ᾽ ἀγρυπνίας καὶ κῶμα ὑπνῶδες καὶ κωματώδεες οἱ φρενιτικοὶ καὶ οἱ καυσώδεες. καὶ κατεῖχε δὲ ἢ τὸ κῶμα συνεχῶς οὐχ ὑπνῶδες ἢ μετὰ πόνων ἄγρυπνοι. ὅταν μὲν γὰρ ἐγρηγορέναι μὲν ἀνεῳγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς οἱ κάμνοντες μὴ δύνανται, μύσαντες δὲ αὐτοὺς ἐλπίδι τοῦ κοιμηθῆναι διαμένωσιν ἐγρηγορότες, τὸ τοιοῦτον καλεῖται οὐχ ὑπνῶδες κῶμα. θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν ἠθροισμέ-

quidem duo affectus, coma dico et mentis emotionem, ratione materiae contrarii videntur. Coma namque ex cerebri tum frigiditate tum humiditate, haec vero ex contrariis, ut plurimum, qualitatibus ortum habere videtur. Verum tamen hae multoties periculosa humorum copulatione miscentur et concurrunt, ut in Sileni historia descriptum est: *Parumper deliravit, deinde exiles somni, comatosi*, ut sit interdum coma ex incommoderata facultatum animalium imbecillitate ac veluti exstinctione, ipso motu jam consopito et postmodum omnino consumpto, atque haec apud Hippocratem habentur. Coma profundum cum pervigilio et coma somnolentum et comatosi phrenitici et ardentes. Detinebat autem vel coma assidue non somnolentum vel cum laboribus vigiliae. Quum enim apertis oculis laborantes vigilare nequeant, clausis autem animo dormiendi vigilaverint, hujusmodi affectus coma non somnolentum vocatur. Mirandum autem non est ac-

νων ἐν τῷ σώματι χυμῶν ὠμῶν, κωματώδεις δὲ ἅμα καὶ παραφρονοῦντας γενέσθαι, κωματώδεις μὲν διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν ψυχρότητα τῶν ὠμῶν χυμῶν, παραφρονοῦντας δὲ, διότι σηπόμενοι δριμύτητά τε καὶ θερμασίαν ἐγέννων. εἰκὸς γὰρ τοιοῦτον τὸ κῶμα σὺν τῇ παραφορᾷ ἐκ τῶν ὠμῶν τε ἅμα καὶ ψυχρῶν καὶ παχέων, ἀλλὰ καὶ λεπτῶν καὶ θερμῶν χυμῶν γεγενῆσθαι, ὅπερ ἐσήμαναν τὰ ἑπόμενα πάθη, βαρύκοοί τε ἦσαν, φησὶ, καὶ κωματώδεες. καὶ πάλιν, κωματώδεες δὲ καὶ ὑπνώδεες καὶ ὅλου τοῦ ἔτους σφόδρα ξηρότης καὶ ὅλου τοῦ θέρεος καῦμα σφοδρότατον. χαλεπώτατα γὰρ νοσήματα εἶναι φαίνεται ἐν οἷς ἀθροίζεται πλῆθος τῶν χολωδῶν καὶ ὠμῶν καὶ ἀπέπτων χυμῶν· τῆς δὲ μικρᾶς παραφρονήσεως σημεῖον ἦν ὅτι, ὅτε ἐγερθεῖεν, κατενόουν πάντα.

δ.

[155] *Πνεύματα μετέωρα, οὐ μὴν πάνυ. οὖρα λεπτὰ μὲν τοῖσι πλείστοισι καὶ ὀλίγα, ἄλλως δὲ οὐκ ἄχροα, αἱ-*

cumulatis in corpore crudis humoribus comatofos fimul et delirantes fieri. Comatofos quidem propter crudorum humorum plenitudinem et frigiditatem, delirantes vero quod hi putrefacti acrimoniam et aeftum procreent. Confentaneum enim eft tale quid effe coma cum levi delirio ex crudis, frigidis et craffis, fimul et tenuibus et calidis humoribus fieri. Quod fignificarunt fequentes affectus et difficile audiebant, inquit et comatofi. At iterum: comatofi vero et fomnolenti et toto anno vehemens ficcitas et tota aeftate ardor vehementiffimus. Perardui namque morbi effe confpiciuntur, in quibus biliofor um, crudorum et incoctorum humorum plenitudo acervatur. Parvi autem delirii fignum erat, quod confurgentes omnia perciperent.

IV.

Spiritus elati, non tamen admodum. Urinae quidem tenues plurimis et paucae, nec alias decolores. Hae-

μοῤῥαγίαι ἐκ ῥινῶν οὐκ ἐγένοντο, εἰ μὴ ὀλίγοισιν, οὐδὲ παρωτίδες, περὶ ὧν ὕστερον γράψω. οὐδὲ σπλῆνες ἐπήροντο. οὐδὲ δεξιὸν ὑποχόνδριον, οὐδ' ἐπώδυνον κάρτα οὐδ' ἐντεταμένον ἰσχυρῶς· ἦν δέ τι ἐνσημαῖνον καὶ μάλιστα ἐκρίνετο πάντα τὰ πολλὰ περὶ τεσσαρεσκαίδεκα, ὀλίγα σὺν ἱδρῶτι, ὀλίγα σὺν ῥίγει καὶ πάνυ ὀλίγοισιν ὑποστροφαὶ ἐγίνοντο, ὑπὸ δὲ τὰς ψεκάδας τὰς γινομένας ἐν τῷ θέρει ὑπεφαίνετο ἱδρώς. ἐν τοῖσι πυρέττουσι καί τινες αὐτίκα ἱδρῶτες ἐπ' ἀρχῆς ἐγίνοντο, οὐ μὴν κακοήθως, καὶ τοῖσιν ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἐκρίθη σὺν ἱδρῶτι.

Οὐκ ἤθροιστο τούτοις οὐδ' ἐν πνεύμονι, οὐδ' ἐν καρδίᾳ πλῆθος πυρώδους θερμασίας. εἰκότως οὖν οὐδὲ ἐγένετο μέγα τὸ πνεῦμα, μικρόν τ' οὐκ ἦν παντάπασιν, ὡς μήτ' ὀδυνωμένοις μήτε κατεψυγμένοις, εἴπερ οὖν, ὡς ἐν τῷ τρίτῳ περὶ δυσπνοίας γέγραπται τὸ μετέωρον, οὐδὲν δηλοῖ

morrhagia ex naribus non nisi paucis contingebant; neque parotides, de quibus postea descripturus sum. Neque lien attollebatur, neque dextrum hypochondrium, neque valde dolorificum, neque vehementer intensum erat. Quiddam tamen interius significabat. Omnia vero plerumque circa decimum quartum diem maxime judicabantur, pauca cum sudore, pauca cum rigore, ac paucissimis recidivae contingebant. At vero sub minutulis quae per aestatem irrorabant pluviis sudor apparebat, febricitantibus etiam quidam sudores statim ab initio oboriebantur, non tamen maligne; quibusdam quoque sub hoc tempus judicatio cum sudore facta est.

Non his neque in pulmone, neque in corde ignei caloris copia colligebatur. Jure itaque neque magnus spiritus, neque parvus omnino erat, quippe qui neque dolores patiebantur, neque frigore vexabantur. Quare si, ut in tertio de spirandi difficultate libro scriptum est,

διαφέρον τοῦ μικροῦ, εὐλόγως φησὶν αὐτοῖς τὰ πνεύματα μετέωρα γίγνεσθαι, οὐ μὴν πάνυ γε. ταυτὸ τοῦτο εἶπε περὶ τῶν κυναγχικῶν, ὡς δηλονότι μετεώρου τὰ πολλὰ τοῖς κυναγχικοῖς γινομένου τοῦ πνεύματος καὶ ὡς μέχρι τῆς φάρυγγος εἰσιόντος, οὐκ εἰς τὸ βάθος τοῦ θώρακος κατερχομένου.

ε΄.

Ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖσι θερινοῖσι πυρετοῖσι περὶ ζ΄ καὶ η΄ καὶ θ΄ τρηχύσματα ἐν τῷ χρωτὶ κεγχρώδεα, τοῖσιν ὑπὸ κωνωπέων γινομένοις μάλιστα ἴκελα ἀναδήγμασιν, οὐ πάνυ κνησμώδεα. ταῦτα διετέλει μέχρι κρίσιος, ἄρσενι δὲ οὐδενὶ εἶδον τοιαῦτα ἐξανθήσαντα. γυνὴ δὲ οὐδεμία ἀπέθανεν, ᾗ ταῦτα ἐγένετο. βαρύκοοί τε ἦσαν καὶ κωματώδεες. πρόσθεν δὲ οὐ κάρτα ἦσαν κωματώδεες ᾗσιν ἔμελλε ταῦτα ἔσεσθαι, οὐ μὴν τὸ σύμπαν διετέλεον. κωματώδεες δὲ καὶ ὑπνώδεες τὸ θέρος καὶ μέχρι πληϊά-

ſublime nihil prodat diverſum a pauco, merito dicit ipſis ſpiritus elatos aut ſublimes eſſe, *non tamen admodum.* Hoc idem de cynanchicis protulit, quod ſcilicet ut plerumque angina laborantibus ita ſpiritus attolleretur, ut etiam adusque fauces iniret, non autem in thoracis profundum deſcenderet.

V.

In aeſtivis autem febribus circa ſeptimum et octavum et nonum diem aſpredines miliaceae culicum morſibus ſimiles, non multum pruriginoſae in ſumma cute enaſcebantur et ad judicationem usque perdurabant. Nulli equidem maſculo talia vidi milia. Mulier vero cui talia efflorеſcerent, nulla mortua eſt. Hae tamen mulieres gravi erant auditu et ſoporatae quamvis antea non admodum ſoporoſae eſſent, quibus iſta evenire debebant. Non tamen in totum perſeverabant. Aeſtate vero etiam ad vergiliarum occaſum ſoporatae et ſomnolentae erant;

δων. ἔπειτα μὴν ἀγρυπνίαι μᾶλλον, ἀτὰρ οὐδὲ τὸ σύμπαν ὑπὸ τῆς καταστάσιος ταύτης ἔθνησκον.

---

[156] Οὐκ ἔστι καθ' ἑαυτὸ κινδυνῶδες τὸ σύμπτωμα ὃ ἐνδείκνυται αὐτὸς, εἰπὼν, τρηχύσματα κεγχρώδη καὶ τοῖς αναδήγμασι τοῖς ὑπὸ κωνώπων γινομένοις ὅμοια. μᾶλλον δ' ὕποπτά εἰσι τὰ ἐξανθήματα ἐρυθρὰ, στρογγύλα, οἷον ἴονθοι, οἷα ἐν τῷ Σιληνῷ τῇ ὀγδόῃ μεθ' ἱδρῶτος ἐφάνη καὶ παρέμενον, οὐδ' ἀφίσταντο. τῇ πρὸς τοὺς κώνωπας ὁμοιότητι κέχρηται πολλάκις ὁ Ἱπποκράτης. καὶ γὰρ ἐν τῷ ζ' τῶν ἐπιδημιῶν περὶ γναφέως τοῦ ἐν Σύρῳ γράφει, σκέλεων τὸ χρῶμα οἷον ὑπὸ κωνώπων ἐγκαταδαμάσειν. καὶ μετ' ὀλίγα περὶ Φερεκύδου, ὀγδόην ὡς ὑπὸ κωνώπων ἀναδήγματα πρὸ τῆς τελευτῆς ἀνέβηξεν. ἐν δὲ ταῖς Κωακαῖς λέγεται τὰ κωνώπων κεντήματα, ἔνθα φησὶ, ταραχώδης ἐπίστασις διὰ ταχέων ἐξανθεῖ, οἷα κωνώπων κεντήματα, τουτέστι νύξεις τινὲς κνησμώδεις, οἷαι καὶ ὑπὸ κνίδης γίνονται, ἃς κνιδώ-

poſtea certe vigiliae magis urgebant. Verum neque prorſus iſta conſtitutione moriebantur.

Quod ſymptoma prodit auctor, illud per ſe periculoſum non eſt hoc edicto: *Aſpredines miliaceae culicum morſibus ſimiles;* verum potius occaſionem praebent dubitandi, an ſint exanthemata rubra, rotunda, varis ſimilia, cujusmodi in Sileno octavo die poſt ſudorem apparuerunt permanentia, neque evaneſcentia. Similitudine a culicibus ducta ſaepenumero uſus eſt Hippocrates. Septimo namque epidemiorum de Syro ſcriptore ſcribit. Crurum color velut a culicibus perdomitus videbatur et paulo poſt de Pherecyde octavo die tamquam a culicibus morſus ante mortem extuſſivit. In Coacis culicum puncturae leguntur, ubi dicit: turbulenta ſuppreſſio, brevi veluti culicum puncturae erumpunt, hoc eſt quales et ab urtica excitantur, quas uredines in prorrhetico his ſcriptis vocat:

Ed. Chart. IX. [156.]

σεις ἐν τῷ προῤῥητικῷ καλεῖ, γράφων οὕτως, νάρκαι δὲ καὶ κνιδώσιες οἷσι διὰ τῆς κεφαλῆς διαΐσσουσι. καὶ πάλιν, αἱ κνιδώσιες δὲ καὶ τὰ μελαγχολικὰ ταύτῃσιν ἧσσον ἢ τοῖσιν ἀνδράσιν, ἢν μὴ τὰ καταμήνια τελέως ἠφανισμένα ᾖ καὶ ἐπὶ τῷ τέλει καὶ αἱ κνιδώσιες ἐν δὲ τῷ στήθει καὶ τῷ μεταφρένῳ, εἰ ἔνεισι.

στ΄.

Κοιλίης μὲν οὖν οὐκ ἐνεδέχετο οὐδὲ τοῖσι γεύμασι ἱστάναι, ἀλλὰ παρὰ λόγον ᾤετο ἄν τις ἰήσασθαι ξυμφέρειν, καίτοι ὑπέρπολλά ἐστιν. οἷσιν τὰ δ' ἴοντα ἦν. τῷ ἐν ψύχει κεῖσθαι ὑποβεβλημένον, ὡς ἕλκοῖ μὲν τὸ ψυχρὸν, θάλπει δὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐκ προσαγωγῆς ἐπὶ μᾶλλον, καίτοι μηδὲν τῇ φύσει πάθος γίνεται, ἐφ' ᾗσί τε καὶ ὁκοῖα τὰ σημεῖα καὶ πλείω ἢ μείω γινόμενα, χάσμη, βὴξ, πταρμὸς, σκορδίνημα, ἔρευξις, φῦσα, πάντα τὰ τοιαῦτα διαφθείρουσιν.

quibus autem torpores et pruritus pungentes per caput percurrunt. Et rurſus: pungentes tamen prurigines et atrae bilis vitia minus hae quam viri ſentiunt, niſi menſtrua prorſus deperdita fuerint. Et prope finem: et num pungentes prurigines ipſis in pectore aut dorſo inſint.

VI.

Alvum igitur aſſumptis ſiſtere non concedebatur; ſed factam praeter rationem medelam prodeſſe quisque cenſuiſſet, etiamſi permulta ſint quibus haec medentur, quod in ſubſtratis frigori cubilibus decumberent. Nam frigidum quidem exulcerat, calefacit autem ejusmodi ſpecies ſenſim progrediendo, etiamnum magis. Atque nullus natura affectus inerat et quibus et qualia ſigna et plura aut pauciora contingebant, oſcitatio, tuſſis, ſternutatio, pandiculatio, ructus, flatus et hujus generis omnia perniciem invehunt.

Ed. Chart. IX. [156. 157.]

Ταῦτα ποτὲ μὲν φύσεως ἔργον ὑπάρχουσι, ποτὲ δὲ γίνονται ἐπὶ νοσώδεσι διαθέσεσιν. νοσώδεις δὲ διαθέσεις λέγω, οὐ μόνον ὅταν ἤδη νοσῶσιν, ἀλλὰ κἀπειδὰν ἄρχηταί τις αὐτῶν συνίστασθαι, παράδειγμα ἔστω σοι ἡ τάραξις ἐπ᾽ ὀφθαλμῶν ἰδίως καλουμένη, φλεγμονῆς ἀρχή τις οὖσα. αὕτη γοῦν καὶ ἄλλαι τοιαῦται νοσώδεις διαθέσεις ἀρχόμεναι συνίστασθαι, λύονται τῆς φύσεως ἐκκρινούσης τοὺς γεννῶντας αὐτὰς ἀτμούς τε καὶ χυμούς. καθάπερ χάσμη καὶ σκορδινισμὸς γίνονται ἐκκρίσεως ἕνεκεν τῶν περιττωμάτων, καὶ ἡ βὴξ ἕνε- [157] κα τοῦ καθαρὰς ἐργάζεσθαι τὰς ὁδοὺς τῆς ἀναπνοῆς. καὶ οἱ πταρμοὶ δὲ φύσεως μὲν ἔργον ὑπάρχουσιν ἀεὶ, γίνονται δὲ ἐπὶ νοσώδεσι διαθέσεσιν. εἴρηται δὲ περὶ πάντων τῶν συμπτωμάτων αἰτίαις, ἔρευξιν δὲ ἐνίοτε κινεῖν συμφέρει, ὡς ἐπὶ τῶν ἐμπνευματουμένων τὴν γαστέρα, καὶ μάλιστα ἐφ᾽ ὧν οὐ διέρχεται κάτω τὸ φυσῶδες πνεῦμα. φησὶ δὲ καὶ τὸν στόμαχον ἀτονοῦντα ῥώννυσθαι διὰ τῶν ἐρυγῶν, ὡς δι᾽ οἰκείου γυμνασίου, ἀλλὰ καὶ

Haec interdum quidem exiſtunt naturae opera, interdum vero ex morboſis affectibus oriuntur. Morboſos affectus dico, non ſolum ubi jam aegrotant, ſed etiam quum jam ipſorum aliquis ceperit conſiſtere. Eſto tibi exempli gràtia oculorum perturbatio proprie vocata, quae principium quoddam eſt inflammationis. Is itaque et alii hujusmodi morboſi affectus, quum conſtitui incipiunt, ſolvuntur excernente tum vapores tum humores eos affectus procreantes natura, quemadmodum oſcitatio, pandiculatio, quae ob excrementorum excretionem fiunt. Tuſſis quoque ut mundas efficiat reſpirationis vias. Sternutamenta etiam perpetuo naturae ſunt opera, fiunt tamen in morboſis affectibus. At de his omnibus in libris de ſymptomatum cauſis dictum eſt. Ructum aliquando ciere confert, ut iis qui flatibus oneratum ventrem patiuntur, ac praeſertim quibus flatulentus ſpiritus ad inferiora non deſcendit. Atque narrant ſtomachum imbecillum ructibus tamquam proprio exercitio corroborari. Praeterea ructum acidum

λειεντερίαν ἢ ὀξυρεγμία ἰᾶσθαι λέγεται. περὶ δὲ τῶν φυσῶν τί δεῖ λέγειν; ἔστι δὲ τούτων γένεσις ἐν αὐτοῖς τοῖς κατὰ γαστέρα χωρίοις, χυμῶν τινῶν αὐτόθι φλεγματωδῶν ἢ σιτίων εἰς ἀτμοὺς λυομένων ὑπὸ θερμότητος ἐνδεοῦς. καὶ γὰρ * *

ζ.

Ἧισιν ἐν πυρετοῖσιν ἀσώδεσι, φρικώδεσι ἐρεύθονται πρόσωπα, κοπιώδεες, ὀμμάτων ὀδυνώδεες, καρηβαρίαι, παραπληγίαι καὶ γυναικεῖα ἢν ἐπιφαίνεται, μάλιστα δὲ ἧσι πρῶτον. ἀτὰρ καὶ παρθένοισι καὶ γυναιξὶν, ἧσι διὰ χρόνου. ἀτὰρ καὶ ἧσι μὴ ἐν ᾧ εἴθισται χρόνῳ ἢ ὡς δεῖ ἐπιφαίνονται. ἔπειτα ἔξωχροι γίνονται, μέγα δὲ ἐν ἅπασι τὸ καὶ ἑξῆς καὶ ἐν ᾧ χρόνῳ καὶ ἐφ᾽ οἷσι. τοῖσι πάνυ χολώδεσιν ἐν πυρετοῖσι μάλιστα, ὅλως οἷσιν ἐπὶ σκέλεα ἡ κάθαρσις.

Ἦν εὐπορία τῶν ὠμῶν τε καὶ παχέων καὶ δακνωδῶν

lienteriam ſanare proferunt. De flatibus autem quid enunciandum eſt? Eſt porro eorum generatio in alvinis regionibus, pituitoſis quibusdam aut cibis in flatus caloris penuria ſolutis. Etenim * *

VII.

Quibus in febribus cum corporis jactatione et horrore vultus rubeſcunt, laſſitudines, oculorum dolores, capitis gravitates et paraplegiae adſunt et quibus menſtrua apparent; praecipue vero quibus primum erumpunt. Quin et virginibus et mulieribus, quibus per tempus, ſed et quibus conſueto tempore aut ut decet prodeunt; deinde plurimum pallidae redduntur. Magni autem eſt momenti in omnibus intueri quid et poſtea conſequitur et quo tempore et in quibus admodum bilioſis, in febribus maxime quibusdam prorſus ad crura purgatio ſecedit.

Erat crudorum, craſſorum mordaciumque humorum

Ed. Chart. IX. [157. 158.]

χυμῶν, ὡς ἐῤῥέθη καὶ πρόσθεν, ἴσως δὲ καὶ ἀνισότης, ἥπερ ἐν τῇ γεγραμμένῃ καταστάσει τὰς γυναῖκας σὺν φρικώδει τε καὶ κοπώδει αἰσθήσει ἠνώχλησεν, διὸ καὶ τῶν ὀμμάτων ὀδύναι καὶ καρηβαρίαι καὶ παραπληγίαι ἦσαν. τοιαύτη γὰρ τῶν χυμῶν ἀνισότης ἐπὶ τὴν κεφαλὴν οὕτως ὥρμησεν, ὡς τὰ αἰσθητήρια περιλάβῃ καὶ καρός. διὸ καὶ ἀποστάσεις εἰς ἄρθρα γεγόνασι. συμβαίνει δὲ ταῦτα διὰ τὴν ἐν τοῖς πυρετοῖς θερμασίαν, ἐπὶ κεφαλὴν ἀναφερομένου τοῦ πλήθους, εἶτ᾽ ἐντεῦθεν εἰς βουβῶνας ἢ μασχαλίας ἢ τὰ σκέλεα ἀφίκνηταί τι. τὸ δ᾽ ἀσᾶσθαι τοῖς καύσοις πυρετοῖς γίνεται πάνυ πολλάκις. οὐ μὴν ἀχώριστόν γέ ἐστι. φρικώδεις δὲ μὴ πολλάκις οἱ καυσούμενοι γίνονται. φρικώδεις δὲ πυρετοὶ λέγονται ἐν οἷς μέχρι πλεῖστον τῆς ἀναβάσεώς τε καὶ ἐπιδόσεως καλουμένης τοῦ παροξυσμοῦ αἱ φρῖκαι γίνονται τοῖς νοσοῦσιν. οὐκ ὀνομάζει δὲ φρικώδεις τοὺς κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπισημασίας οὕτως γενομένους, ἀλλὰ ἐφ᾽ ὧν ἐπὶ πλεῖστον ὅλου τοῦ παροξυσμοῦ τὸ τῆς φρίκης [158] ἐκτέ-

copia, ut et antea proditum est. Sed et fortassis inaequalitas, quae in descripto statu cum horrido molestoque sensu mulieres infestavit proptereaque oculorum dolores, capitis gravedines et paraplegiae aderant. Talis enim humorum inaequalitas ita ad caput tulit impetum, ut sensoria occuparit proindeque carus et abscessus in articulis facti sunt. Haec autem accidunt ob febrium calorem ejus copia ad caput ascendente. Hinc deinde ad inguina vel axillas vel crura pars aliqua descendit, quam in ardentibus febribus jactationem concitare accidit quam saepissime, non tamen hoc inseparabile est. Horrorem vero non saepe patiuntur qui ardentibus febribus afficiuntur. Febres autem horridae dicuntur in quibus ad summum adscensum appellati paroxysmi incrementum usque horrores aegroti subeant. At eos horridos non appellat, qui initio insultus paroxysmi tales fuerunt, sed in quibus plurimum per totum paroxysmum horroris

Ed. Chart. IX. [158.]

ταται σύμπτωμα καὶ γίνεται κατὰ δύο τρόπους, καθ᾽ ἕνα μὲν τῆς ἐπιτάσεως ποιούσης τὰς ἀναδιπλώσεις, καθ᾽ ἕτερον δὲ ποιούσης ἀνώμαλον ἀνάβασιν· καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ γέγραφεν ἐν ταῖς ἐπιδημίαις αὐτὸς, ἦν δὲ τοῖς πλείστοις αὐτῶν τὰ παθήματα τοιάδε, φρικώδεις πυρετοὶ, συνεχέες ὀξέες, ἔνθα φρικώδεις εἶπεν οὐχ ἁπλῶς τοὺς μετὰ φρίκης εἰσβάλλοντας, ὡς πλείστοις γε πυρετοῖς ὑπάρχει τοῦτο, ἀλλὰ, ὡς ἐῤῥέθη, ὅσοις τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ παροξυσμοῦ κατειλήφασιν αἱ φρῖκαι. ἐνίοτε δὲ καὶ τῷ ὑποσείεσθαι οὕτω πολυειδῶς τὸ σῶμα τὰ ἐπιμήνια ταῖς γυναιξὶ γίνονται, ὡς ἐν ταῖς Κωακαῖς γέγραπται, τὰ φρικώδεα, κοπιώδεα, καρηβαρικὰ, ὀδυνώδεα, γυναικεῖα καταῤῥήγνυσι. ταυτὸ τοῦτο γράφεται ἐν τῷ προῤῥητικῷ, οἷσιν ἐκ ῥίγεος, πυρετοὶ κοπιώδεες, γυναικεῖα κατατρέχει. τράχηλος δὲ ἐν τούτοις ὀδυνώδης, αἱμοῤῥαγικόν. ἂν μὲν γὰρ τὰ γυναικεῖα μὴ γεγένητο, εἰκὸς ἦν τὸ τοῦ προσώπου ἔρευθος αἱμοῤῥαγίαν τινὰ ὑγιεινὴν σημαίνειν. οἱ δὲ τοιούτους ἔχοντες πυρετοὺς τοῖς

ſymptoma porrectum eſt. Quod duobus fit modis: uno quidem, incremento reduplicationes efficiente; altero vero incremento inaequalem aſcenſum creante. Idque eſt quod ipſe in epidemiis ſcripſit: *Oboriebantur autem eorum plurimis hi morbi, febres horridae, aſſiduae, acutae.* Ubi horridas dixit non ſimpliciter eas, quae cum horrore irruunt, ut plurimis febribus, quibus horrores principium inferunt; ſed, ut dictum eſt, plurimam paroxysmi partem occuparunt. Interdum vero etiam quod multoties commoveatur corpus, menſtrua mulieribus prodeunt, ut in Coacis ſcriptum eſt: *Qui horrores laſſitudinem, capitis gravedinem et dolores invehunt, menſtruorum eruptionem portendunt.* Idem in prorrhetico ſcriptis mandatum eſt: *Quibus ex horrore febres ſunt, iis menſtruorum profluvium oboritur.* Cervix autem in his dolore obſeſſa haemorrhagiam prodit. Niſi enim muliebria prodirent, deceret vultus ruborem ſalubrem quandam haemorrhagiam ſignificare. Qui autem hujusmodi febres patiuntur, horri-

Ed. Chart. IX. [158.]

φρικώδεσιν ἑάλωσαν νοσήμασι, ὡς ἐνδείκνυται ὁ παλαιὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν καὶ ἐν ταῖς Κωακαῖς εἰπὼν, τὸ φρικῶδες καὶ τὸ δύσπνουν ἐν τοῖσι πόνοισι σημεῖα φθινώδεα. καὶ πάλιν, οἱ φρικώδεες πυκνὰ εἰς ἐμπύησιν. πονοῦσι δὲ τὰ πολλὰ οἱ φθινῶδες τῇ φρίκῃ, ὅτι τὰ ἐν θώρακι σεσήπηται, ἅπερ τῇ ὀξύτητι αὐτῶν τοὺς λεπτοὺς τοῦ θώρακος ὑμένας, τοὺς τὰ σπλάγχνα σκέποντας, στίζουσί τε καὶ νύττουσι. ὃ δὲ λέγει, ἐπὶ σκέλεα ἡ κάθαρσις, ἴσμεν ὅτι ἐν οἷς ἀπὸ τοῦ μακροῦ νοσήματος τὴν δύναμιν ἀναλαμβανομένους, εἰς τὰ ἀσθενέστερά τε καὶ πόῤῥωτέρω τοῦ σώματος μόρια τῶν νοσωδῶν ὑπολοίπων χυμῶν ἀποθέσεις γίγνεσθαι. ὅπερ ὅμοιόν ἐστι τοῖς ἐν ταῖς Κωακαῖς προγνώσεσιν γεγραμμένοις οἷσιν ἐξαίφνης ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν ὑποχονδρίου καὶ καρδίας πόνος καὶ παρὰ σκέλεα καὶ τὰ κάτω μέρεα καὶ κοιλίη ἐπῆρται, λύει φλεβοτομίη καὶ κοιλίης ῥύσις παρέξει βλαβερὸν τούτοισι. μακροὶ γὰρ οἱ πυρετοὶ καὶ ἰσχυροὶ γίγνονται καὶ βῆχες καὶ πνεῦμα καὶ λυγμοί. λύεσθαι δὲ μελλόντων τού-

dis morbis ſunt obnoxii, ut demonſtrat ſenex primo epidemiorum et in Coacis his verbis: *Horror et difficilis reſpiratio in laboribus tabida ſigna ſunt.* Atque iterum: *Horrore detenti crebro ad ſuppuratum deveniunt.* Verum et hos febris ad ſuppurationem adducit. Laborant autem ut plurimum horrore tabidi, quoniam thoracis partes marceſcunt, quae ipſorum acumine tenues thoracis membranas viſcera tegentes et pungunt et abluunt. Quod vero dicit, in cruribus purgatio, novimus in vires recuperantibus a diuturno morbo refundi reliquos inſalubres humores in debiliores et remotiores corporis partes, quod eſt iis ſimile quae in Coacis praenotionibus habentur, quos derepente febris expertes hypochondrii et cordis nec non crurum inferiorumque partium dolor ſubſequitur et venter intumeſcit, ſolvit hos venae ſectio, quibus ventris fluxus nocebit. Longae namque febres ac vehementes fiunt et tuſſes et flatus et ſingultus. His autem ſolvi

Ed. Chart. IX. [158. 159.]
τῶν πόνος ἰσχυρὸς ἰσχίων ἢ σκελέων ἢ πτύου πτύσις ἢ ὀφθαλμῶν στέρησις ἐπιγίνεται.

η'.

Φαρμάκων δὲ τρόπους ἴσμεν, ἐξ ὧν γίνεται, ὁποῖα, ἅσσα. οὐ γὰρ πάντες ὁμοίως, ἀλλ' ἄλλοι ἄλλως εὖ κεῖνται καὶ ἄλλοθι πρωΐτερον ἢ ὀψίτερον ληφθέντα διαχειριμοῖσιν, οἷον ἢ ξηράναι ἢ κόψαι ἢ ἕψῆσαι καὶ τὰ τοιαῦτα. εὖ δὲ τὰ πλεῖστα καὶ ὁκόσα ἑκάστῳ καὶ ἐφ' οἷσι νοσήμασι καὶ ὁπότε τοῦ νοσήματος, ἡλικίην, εἰδέαν, δίαιταν, ὁποίη ὥρη ἔτεος καὶ ἥτις καὶ ὁποίως ἀγομένη καὶ τὰ τοιαῦτα.

---

[159] Τῶν καθαιρόντων φαρμάκων φύσιν τε καὶ δυνάμεις καὶ ἐνεργείας περιγράφει νῦν ὡς ἐν ἐπιτομῇ καὶ φησὶν, τί δεῖ ὁρᾶν ἡμᾶς ἐν τῷ λαμβάνειν αὐτὰ καὶ ἐνδεί-

incipientibus, vehemens coxendicum vel crurum dolor aut puris expuitio aut oculorum privatio supervenit.

VIII.

Medicamentorum genera novimus, ex quibus, qualia et quae fiant. Non enim omnia similiter, sed alia aliter probe componuntur. Atque alibi maturius aut tardius sumpta differunt et praeparationes ipsae, quale est siccare, tundere, coquere et hujusmodi caetera. Plurima vero praeterea quae huc considerand a veniunt, quaenam cuique conveniant et quibus in morbis et quo morbi tempore, aetas etiam, idea, victus, anni quoque tempus quodnam sit et qualiter procedat et hujusmodi caetera.

Purgantium medicamentorum naturam, facultates et effectus hic tamquam per epitomen describit et quid nobis inspiciendum sit ipsa sumpturis pronunciat, etiam indica-

Ed. Chart. IX. [159.]

ξεις τινὰς περὶ τῆς καθάρσεως ἐν κεφαλαίῳ παραδίδωσιν, ἃς ἡμεῖς γε καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων δυνάμεως καὶ ἐν τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ προστεθείκαμεν, καὶ ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων συνθέσεως διεξοδικῶς γράψομεν. αὐτὸς δὲ νῦν παραινεῖ τοῖς ἰατροῖς εἰδέναι τὰς φύσεις τῶν φαρμάκων καὶ ἐξετάζειν τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ληπτέον τὸ φάρμακον, καὶ ἐπιβλέπειν τὰς φύσεις τε καὶ κράσεις καὶ τὸ ἔθος καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν ῥώμην τῶν λαμβανόντων καὶ τὴν ὥραν, πότερον ἰδία ᾖ ἢ καὶ ἀλλοιουμένη διότι. εὑρήσεις τινὰς τὰ φάρμακα εὐκόλως λαμβάνειν δυναμένους, ἄλλους δὲ ἐναντίως, ὡς καὶ ἄλλους κατὰ μηδὲν ὑπ᾽ αὐτῶν κακουμένους, ἄλλους δὲ ὑπ᾽ ἐκείνων στρέφεσθαι, ἄλλους δὲ οὕτω διακειμένους, ὡς οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς χρῆσθαι δύνασθαι, καὶ τὸν στόμαχον αὐτοῦ ἀποστρέφεσθαι καὶ πρὸ χρήσεως ἐκλύεσθαι ῥαδίως. εὑρίσκομεν γοῦν ἐν τῇδε τῇ ἐξετάσει τὰ μὲν τῶν φαρμάκων καθ᾽ ὅλης ἐνεργοῦντα τὰς οὐσίας, τὰ δὲ μικτὸν ἐν τῇ οὐσίᾳ τὴν δύναμιν ἔχοντα καὶ διπλῆν ἐνέργειαν ἀποτε-

tiones quasdam paucis tradit, quas nos etiam in libro de purgantium medicamentorum facultatibus et in opere de medendi methodo addidimus; etiam in operibus de purgantium medicamentorum compositione copiose scripturi sumus. At nunc auctor medicos hortatur, quo noscant medicamentorum naturam et per opportunum tempus quo medicamentum assumendum sit scrutentur et accurate considerent eorum qui id assumunt, naturas, temperamenta, consuetudinem, aetatem, robur virium et anni tempestatem, utrum propria aut ab assumendo alienata sit. Quapropter quosdam invenies medicamenta posse citra molestiam assumere, alios vero contra: ut etiam alios qui nullum ab ipsis malum percipiant, alios autem ita affectos, ut neque initio ipsis uti queant et eorum stomachus ita aversetur, ut etiam ante usum prope exsolvatur. Itaque invenimus hoc in examine medicamenta quaedam quae tota substantia agunt; quaedam vero mixtam in substantia facultatem sortiuntur et duplicem actionem

λοῦντα, καὶ ταῦτα οὕτως ἐναργῶς ἐνίοτε, ὡς καὶ τὰ ἐναντιώτατα ὑπ᾽ αὐτῶν γίγνεσθαι καὶ τοῦτο θαυμαστὸν τοῖς ὁρῶσιν εἶναι. καὶ γὰρ ὁ τῆς κράμβης χυλὸς ἐκταράσσει τὴν κοιλίαν, τὸ δὲ λάχανον αὐτὸ ἡ κράμβη ἀπέχει, καὶ τἄλλα πολλὰ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. διαχειρισμοὺς δὲ λέγει τὰς τῶν φαρμάκων οἰκονομίας τε καὶ παρασκευὰς καὶ συνθέσεις καὶ δόσεις. ἀγωγὴν δὲ, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, τὴν κατάστασιν ὠνόμασε τοῦ περιέχοντος, ὅτι τῷ περιέχοντι συνεξαλλοιοῦται τὰ τῶν ζώων σώματα· διὸ παραινεῖ καὶ ταύτην ἡμᾶς ἐπιβλέπειν.

θ'.

Ζωίλῳ τῷ παρὰ τὸ τεῖχος ἐκ βηχὸς πεπείρης πυρετὸς ὀξὺς καὶ προσώπου ἔρευθος καὶ κοιλίη ἀπολελαμμένη, πλὴν πρὸς ἀνάγκην. πλευροῦ ὀδύνη ἀριστεροῦ καὶ οὖς κατ᾽ ἴξιν ὀδυνῶδες πάνυ καὶ κεφαλὴ οὐ τοσούτῳ. πτύων διὰ παντὸς ὑπόπυον ἐνόσει. ἀλλὰ τὰ ἄλλα ἐκρίθη καὶ κατ᾽ οὖς ἐῤῥάγη πῦον πολὺ, περὶ ὀγδόην ἢ ἐνάτην, αἱ δὲ ἀρ-

perficiunt. Haecque ita dilucide interdum, ut et quae maxime contraria ſunt operentur, idque conſpicientibus admirationem advehunt. Etenim braſſicae ſuccus alvum perturbat, olus autem ipſum braſſicae contrarium et alia multa hoc modo efficit. Diſpenſationes autem medicamentorum appellat adminiſtrationes, praeparationes, compoſitiones et doſes, curandique rationem ut in libro epidemiorum primo ambientis ſtatum nominavit, quo quia ambiente animalium corpora commutantur, propterea etiam ipſum nos conſiderare adhortetur.

IX.

Zoilo juxta murum ex matura tuſſi febris acuta ſuborta eſt et faciei rubor alvusque praeterquam ad neceſſitatem intercepta, lateris ſiniſtri dolor et auris e directo magnopere dolebat, ſed caput non tantopere. Spuens purulentum ſemper aegrotabat. Sed alia judicata ſunt et ad octavum aut nonum diem ex ore pus copioſum

Ed. Chart. IX. [159. 160.]

καὶ τῆς ἐνάτης ὀγδόης τοῦ ὠτός. οὐκ οἶδα ὅπως ἄνευ ῥίγεος ἡ κρίσις. ἵδρωσε κεφαλὴν κάρτα καὶ οὗτος ἐμπεδοτίμη ξύγκαυσος καὶ ἀριστεροῦ πλευροῦ. ἄνω ἅμα ὠτὶ ἀγωδύνη μάλιστα [160] κατ᾽ ὠμοπλάτην. ἀτὰρ καὶ ἔμπροσθεν πτύελα πολλὰ, κατ᾽ ἀρχὰς πτυέντα ἀνθηρὰ καὶ ἀμφὶ ἑβδόμην ἢ ὀγδόην, ἔπειτα ἐπίπονα. κοιλίη ἐστήκει μέχρις ἀμφὶ ἐνάτην καὶ δεκάτην, ἡ ὀδύνη ἀπέσβη, οἴδημα ἀνίει καὶ ἱδρώτια ἐγένετο, οὐ μὴν ἔκρινε. δῆλα δὲ ἦν καὶ ἄλλοισι καὶ τῇ ἐξόδῳ. περὶ γὰρ ἀρχομένην τὴν τοῦ ὠτὸς ὀδύνην καὶ ἡ γαστὴρ ἀπεταράχθη. ἐῤῥάγη δὲ ἐκ τοῦ ὠτὸς ἐνάτῃ καὶ ἐκρίθη τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἄνευ ῥίγεος ἡ νόσος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. ἀτὰρ καὶ τὸ πτύελον λαυρότερον εἴη, ἐπεὶ τὸ οὖς ἐῤῥάγη καὶ πεπειρότερον. ἱδρῶτας δὲ καὶ ἕρπητα ἐπὶ πολὺν χρόνον τῆς κεφαλῆς ἐγένοντο. ἐξηράνθη ὡς τρίτῃ, ὁπόσα ἀσήμως ἀφανίζεται δύσκριτα καὶ οἷον τῇ τοῦ Πολεμάρχου παιδίσκῃ ἐρυσιπέλας.

---

erupit. Ad noni vero principia auris dolor cessavit; haud scio quomodo sine rigore judicatio facta est. Caput valde sudavit aurisque et lateris sinistri stabilis erat quidam ardor. Superne una cum aure ad scapulas praecipue dolor sedatus est. Sed et ante sputa multa ab expuitionis initio et circa septimum aut octavum diem florida rejecta sunt, deinde laboriosa. Alvus adusque nonum et decimum diem restitit, dolor exstinctus est, tumor remittebat, parvique sudores fiebant, non tamen decernebant. Sed manifesta erant tum ex aliis tum ex secessu judicia. Incipiente siquidem auris dolore, venter perturbatus est, nono autem die ex aure pus erupit et morbus absque rigore decimo quarto eodem ipso die judicatus est. Quin et sputum copiosius et magis coctum procedebat, ubi ex aure pus erupit. Sudores autem et serpentia ulcuscula ad multum tempus in capite creabantur, quae tertio die resiccata sunt. Quaecunque non significata disparent, male decernunt, quemadmodum ancillae Polemarchi erysipelas.

Ed. Chart. IX. [160.]

Τῶν τοιούτων καὶ τηλικούτων συμπτωμάτων συνδρομὴ ἦν τῶν παρωτίδων σημαντική. εἰκὸς γὰρ ἦν ἐν τῷ ὀξεῖ πυρετῷ, κεφαλαλγίᾳ, προσώπου ἐρεύθῳ, κοιλίας ἐπισχέσει, ὑποχονδρίου ὄγκῳ τε καὶ τάσει, τὴν τῶν παρωτίδων ὕλην ἄνω φέρεσθαι. συμφωνεῖ δὲ ταῦτα τοῖς ἐν τῷ προῤῥητικῷ γεγραμμένοις, δι' ὧν προγινώσκει τὰς παρωτίδας ἔσεσθαι. τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὑποχόνδρια ὀδυνώδεα, αἱματώδεα μικρὰ, ἐν τούτοισι τὰ παρ' οὖς ἐπανίστανται. πρόσθεν δὲ καὶ τὰ περὶ πρόσωπον, καὶ μετ' ὀλίγα ὑποχονδρίου σύντασις μετὰ κώματος ἀσώδους καὶ κεφαλαλγίης, τὰ παρ' οὖς ἐπιῤῥεῖ. καὶ πάλιν, τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὀδυνώδεα ὑποχόνδρια, θαμινὰ, σμικρὰ πτύοντα. τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα, κωματώδεες, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν παρωτίδων ὕλη εἰς τὸν πνεύμονα μεταφερομένη τῇ ῥώμῃ τῆς φύσεως ἀπωθείθη, ὥσπερ ἐν ταῖς Κωακαῖς ἐῤῥέθη διὰ τούτων· τὰ παρ' οὖς λαπάσσει βηχέα μετὰ πτυαλισμῶν ἰόντα. ὃ δὲ λέγει, τὴν κοιλίαν ἀπολελαμμένην, σημαίνει τὴν ἐπεσχημένην, ὥς φησιν ἐν τῷ

Talium ac tantorum ſymptomatum concurſus parotidas portendebat. Conſentaneum ſiquidem erat in acuta febre, capitis dolore, faciei rubore, alvi ſuppreſſione, hypochondrii tum tumore tum tenſione, parotidum materiam ſurſum vehi. Haec autem iis ſunt conſona quae in prorrhetico ſcripta ſunt, quibus parotidas fore praecognoſcit, ſoporoſa, faſtidioſa, dolentia hypochondria, parce ſanguinea, quae ad aurem in tumorem aſſurgunt. Ad haec prope aures anteriores faciei partes tument. Atque paulo poſt: hypochondrii contentio cum ſopore faſtidioſo et capitis dolore ad aures affluunt. Rurſum etiam: comatoſa, nauſeabunda, dolentia hypochondria, denſa ac pauca exſpuentia ad aurem tumores, comatoſi. Quin etiam parotidum materia in pulmonem translata naturae robore expulſa eſt, ut in Coacis pronunciatum eſt. Quas ob res aurium tumores evacuat tuſſis cum ſalivatione. Quod vero dicit: *Interceptam alvum*, ſuppreſſam ſignificat, ut in prorrhetico pronunciat: *Ventres intercepti, pauca vero*

Ed. Chart. IX. [160. 161.]
προῤῥητικῷ, κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σμικρὰ δὲ μέλανα σπυραθώδεα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσαι καὶ τὸ, οἱ κεφαλαλγικοὶ κατόχως παρακρούοντες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, ὄμμα θρασύοντες, ἀνθηρὰ, ὀπισθοτονώδεες γίνονται, καὶ οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδροῦντες κεφαλαλγέες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, σπασμώδεες. καλεῖ δὲ καὶ ἀπολελαμμένους ἐν ταῖς Κωακαῖς, ὧν ἡ κοιλία ἐπίσχεται, ἔνθα φησὶ, ἀπολελαμμένοι ἐφιδροῦντες, οὖρα τουτέοισι τὸ θολερὰ, πνεῦμα καὶ τὸ γονοειδὲς διελθὸν, λύγγα σημαίνει. κατὰ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν εἶπεν ἐν τῷ προῤῥητικῷ, τὰ σῖτα ἀπολελαμμένα, τοὺς ἀπεσχημένους τὴν γαστέρα σημαίνων. διὸ προσέθηκε, πλὴν πρὸς ἀνάγκην, τουτέστι μετὰ τοῦ πραγματεύεσθαί τι τὸν ἰατρὸν ἢ διὰ κλυστῆρος ἢ διὰ βαλάνου. τὸ γὰρ πρὸς ἀνάγκην τοιοῦτόν τι σημαίνει. ἤθροισε γοῦν ἐνταῦθα συμπλοκὴν τῶν διαθέσεων ἐκ τῆς τῶν οὐχ ὁμογενῶν συνδρομῆς. περὶ δὲ τῶν πτυέλων τῶν ἀνθηρῶν ἐῤῥέθη ἡμῖν κατὰ τὸ πρόσθεν ὑπόμνημα. ὃ δὲ λέγει νῦν ἐπίπονα, σπάνιόν ἐστιν. εἴωθε γὰρ λέγειν τὸ ἐπιπόνως φέρειν, ὡς ἐναντίον τοῦ ῥηθέντος ἐν [161] τοῖς

nigra, globulosa ad necessitatem emissa. Et illud: *Cephalalgia cum catocho laborantes, delirantes, alvo intercepta, oculos ferocientes, floride in opisthotonum incidunt, quique in febribus exudantes dolore capitis afficiuntur, alvo intercepta, convulsione prehenduntur.* At etiam interceptos vocat in Coacis, quorum alvus retinetur. *Hic*, inquit, *intercepti, leviter exudantes, his urinae turbidae flatus et geniturae effluvium, singultus significant.* Ad eundem sensum in prorrhetico: *cibos interceptos, retentos in ventre cibos significat.* Propterea addidit, *praeterquam propter necessitatem*, hoc est opitulante aliquantulum medico vel clystere et glande. Illud enim, propter necessitatem, tale quid denotat. Colligit itaque hic affectionum complexum ex rerum minime homogenearum concursu. De floridis autem sputis a nobis in superiori commentario enunciatum est. Quod vero modo dicit cum magna difficultate rarum est. Consuevit namque dicere difficulter ferre, ut contrarium ejus pronunciatum in

Ed. Chart. IX. [160.]

ἀφορισμοῖς εὐφόρως φέρειν καὶ ὅμοιον τῷ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν δυσφόρως ἔχειν, ὡς ὅταν λέγει, καὶ οἱ πλεῖστοι διήγων ἐπιπόνως, σημαίνων τὰ συμπτώματα τοῖς πλείστοις τῶν καμνόντων ἐπιπόνως συμβῆναι, ὥστε οὐ ῥᾳδίως ἀνέχεσθαι. οὐκ ἀνομοίῳ δὲ λόγῳ φαίνεται καὶ ἐν τῷ προῤῥητικῷ γεγράφθαι, καὶ οὖρα δ' ἐπίπονα πονηρὸν, ἵνα σημαίνῃ τὰ μετὰ πόνου ἐκκρινόμενα. ὁπόσα δὲ ἀσήμως ἀφανίζεται, δύσκριτα, εἶπε, διότι εἰ μέγα τι καὶ ἰσχυρὸν νόσημα μέλλοι παύεσθαι, χρὴ προηγεῖσθαι τῆς λύσεως αὐτοῦ τὰ σημεῖα, ἃ λυτήρια καλεῖται. ταῦτα δὲ εἰσὶν οἱ ἱδρῶτες χρηστοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος γενόμενοι ἢ πλῆθος οὔρων ἢ διαχωρημάτων ἢ ἐμέτων ἢ αἱμοῤῥαγία ἐκ ῥινῶν ἤ τις ἄλλη κένωσις αἵματος, οἷον ἐξ αἱμοῤῥοΐδων ἢ ὑστερῶν ἢ εἰς τοὺς ὑπὸ τοῖς ὠσὶν ἀδένας ἢ εἰς ἄλλα μόρια ἄκυρα ἢ εἰς τὰ ἄρθρα ἀποσκήμματα. μηδενὸς δὲ τῶν σημείων ἐπιφανέντος, τὸ μὲν νόσημα πεπαῦσθαι ἔδοξε, ὑποτροπιάζει δὲ οὐ μετὰ πολλά. διὸ εἶπεν ἐν τῷ προγνωστικῷ, ὁκόσοισιν οἱ πυρετοὶ παύονται, μήτε σημείων γινομένων λυτηρίων

aphorismis loquuti, *facile ferre*; ac persimile est illi qui in primo epidemiorum scribitur difficulter se habere, ut quum dicit, *plurimi laboriose degebant*, significans symptomata plurimis aegrotantibus laboriose contigisse, ut non ea facile ferrent. Non dissimili ratione in prorrhetico scripsisse videtur: *atque urinae difficiles, malum*, ut significet eas cum labore excerni. Quaecunque vero sine signo evanescunt, inquit, quoniam si tum magnus tum vehemens morbus cessaturus est, sed solutionis ipsius signa, quae solutoria vocantur, praecedant oportet. Haec autem sunt utiles sudores per universum corpus effusi aut urinarum aut dejectionum aut vomituum copia aut e naribus haemorrhagia aut alia quaedam sanguinis evacuatio, vel utero vel auribus in glandulas aut alias in partes ignobiles aut in articulos decubitus. Nullo autem apparente signorum, morbus quidem cessasse visus est; sed non multo post revertitur. Propterea in prognostico protulit: *Quibuscunque febres cessant, solutoriis*

Ed. Chart. IX. [161.]

μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισιν, ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι χρὴ τουτέοισιν, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀφορισμῶν, τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παρὰ λόγον. ὅθεν ὁ τοῦ προῤῥητικοῦ συγγραφεὺς λέγει, τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσοντα, θάνατον σημαίνει. αἱ τοίνυν λύσεις τῶν νοσημάτων, ἵνα ὦσι πισταὶ καὶ βεβαιαὶ, δέονται δαψιλῆς τινὸς ἐκκρίσεως ἢ ἀποστάσεως ἐπιφανοῦς. εἰ δὲ μὴ, συμβαίνειν εἴωθε τὰ ἐν τῷ προῤῥητικῷ γεγραμμένα τόνδε τὸν τρόπον, τὰ ἐπώδυνα ἀκρίτως καταμολυνθέντα φλαῦρα, ἐπειδὴ τὰ καταμολυνθέντα τὴν κατὰ βραχὺ λύσιν ἐνδείκνυται. καὶ τάδε, δίψα παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέσι κακόν. καὶ τὸ, πλευροῦ ἄλγημα ἐπὶ πτύσεσι χολώδεσι ἀλόγως ἀφανισθὲν ἐξίσταται. καὶ τὸ ἐν Κωακαῖς, τὰ ἐν πονηροῖσι σημείοισι κουφίζοντα καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνδιδόντα δύσκολα. καὶ λέξει αὐτὸς προελθὼν, τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥηΐζον-

ſignis non apparentibus, neque diebus criticis, iſtas reverti expectemus oportet, ut in ſecundo aphoriſmorum: *Nullam his morbis praeſtare fidem oportet qui non ſecundum rationem levant: neque admodum metuere quae pernicioſa praeter rationem contingunt.* Unde auctor prorrhetici pernicioſa appellat, quae nullo edito ſigno levarunt, mortem portendunt. Ut itaque morborum ſolutiones certae ac ſecurae ſint, copioſam quandam excretionem aut manifeſtam ſeceſſionem deſiderant. Quodſi haec non eveniant, accidere ſolent quae in prognoſtico hoc modo ſcripta ſunt: *Quae dolentia non critice ſenſim ſolvuntur, malae.* Quia quae molleſcunt, brevi futuram ſolutionem indicant. Haec etiamnum: *Sitis praeter rationem ſoluta in acutis morbis malum.* Id quoque: *Qui lateris dolor in acutis biliosis praeter rationem evanuerit, mentis alienationem indicat.* Illud enim in Coacis: *Quae in pravis ſignis levant, quaeque in utilibus non remittunt, difficilia.* Ipſe quoque procedens dicturus eſt: *Qui tumores praeter rationem facile evaneſcunt, adulterinum.* Quin et in hu-

Ed. Chart. IX. [161.]

τα κίβδηλον. καὶ ἐν τῷ τέλει τούτου τοῦ μορίου, κακοηθέστερα, τὰ ἀφανιζόμενα ἐξαίφνης. ταῦτα δὲ ὅτε σημαίνει αὐτὸς χωρὶς σημείων ἤτοι ἐκκρίσεως ἢ πέψεως γίγνεσθαι. πρῶτον μὲν λέγει ἀφανίζεσθαι, εἶτα δὲ καὶ ἐξαίφνης καὶ παραλόγως καὶ ἀλόγως καὶ ἄνευ προφάσεως καὶ μὴ κατὰ λόγον καὶ ἀκρίτως καὶ ἀσήμως. φέρεται δὲ ὑπ' αὐτοῦ τὸ ἀφανίζεσθαι καὶ περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων, ὡς περὶ τῶν παρωτίδων λαπάσσεσθαι, τουτέστι προστέλλεσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι. ἀλλὰ καὶ ἔθος αὐτοῦ τὴν κατὰ τὸ λαπάσσεσθαι φωνὴν ἐπὶ πάντα τὰ ὁποσοῦν προστελλόμενα φέρειν, ἐπειδὴ κενότερα γίνεται. καὶ ἐν τῷ προγνωστικῷ εἶπεν γαστέρα λαπάττειν, τουτέστι κενοῦν καὶ προστέλλειν τὰ τῆς γαστρὸς οἰδήματα. χρῆται δὲ πρὸς τὸ τοῦτο σημαίνειν μὴ μόνον ταύταις ταῖς φωναῖς, ἀφανίζεσθαι, κουφίζεσθαι, ῥηΐζεσθαι, λαπάσσεσθαι, μωλύνεσθαι, ῥαστωνῆσαι, κριθῆναι, λυθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἄλλαις πολλαῖς.

---

jus fectionis fine: *Quae deteriora derepente evanefcunt.* Haec autem ipfe profert quum fine fignis vel excretione vel coctione fieri fignificat. Imprimis quidem evanefcere dicit, deinde vero et derepente et praeter rationem et absque ratione et fine manifefta caufa; non fecundum rationem, citra judicium et citra figna. Evanefcere autem ab ipfo etiam effertur de tumoribus praeter naturam, ut de parotidibus vacuari, mollefcere, hoc eft remitti et evanefcere. Verum et ipfius eft confuetudo hanc vocem *λαπάσσεσθαι*, hoc eft remitti et evanefcere, proferendi de omnibus quae quomodocunque remittuntur, quandoquidem magis vacuantur. In prognoftico quoque dixit ventrem *λαπάττειν*, hoc eft vacuare et ventris tumores reprimere. Utitur autem, ut fignificet non folum his vocibus evanefcere, levari, facile diffipari, mollefcere, remitti, roborari, judicari, folvi, fed et plerisque caeteris utitur.

ι.

[162] *Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ κακὸν, πλὴν τῶν ἐφημέρων, καὶ οἱ ἐπὶ πυρετοῖσι βουβῶνες κακίονες, ἐν τοῖσιν ὀξέσιν ἐξ ἀρχῆς παρακμάσαντες.*

Πολλαὶ ἴσως δόξειεν εἶναί τινι αἱ διαθέσεις τῷ πλήθει τῶν ὀνομάτων ἐξαπατωμένῳ, οἷον βουβῶνες καὶ φύματα καὶ φύγεθλα καὶ ὀφθαλμίαι καὶ περιπνευμονίαι καὶ πλευρίτιδες καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ὁμοίως ὀνομαζομένων. ἅπαντα γὰρ ταῦτα φλεγμοναὶ μέν τινές εἰσι, διαφόρου δ' αὐτῶν ἕκαστον ἔτυχε προσηγορίας. ἔστι γὰρ ὁ μὲν βουβὼν καὶ τὸ φῦμα καὶ φύγεθλον ἀδένων παθήματα, βουβὼν μὲν ἡ φλεγμονὴ, φῦμα δὲ τὸ ταχέως αὐξανόμενον καὶ πρὸς ἐκπύησιν ἐπειγόμενον, φύγεθλον δὲ τὸ λεγόμενον φλεγμονῶδες ἐρυσίπελας ἢ ἐρυσιπελατώδης φλεγμονή. οἱ δὲ χωρὶς ἕλκους ἢ φανερᾶς αἰτίας τῶν ἀδένων ὄγκοι ὕποπτοι σφόδρα νομίζονται, πλῆθος σημαίνοντες. ὀνομάζουσι δὲ οὕτως ἐξανθέντας ἀδένας. ἂν

X.

Febres bubonibus obortae, praeterquam diariae, malum. Bubones vero febribus ſuccedentes, ſi in acutis ſtatim per initia remiſerint, deteriores.

Multos fortaſſis aliquis affectus eſſe cenſuerit nominum multitudine deceptus. Verbi gratia bubones, tubercula, panos, lippitudines, peripneumonias, pleuritidas et caetera multa ſimilibus nominibus donata. Haec enim omnia quaedam inflammationes, verum ipſorum unumquodque diverſum nomen ſortitum eſt. Bubo namque, tuberculum, panus, glandularum ſunt morbi. Bubo etiam inflammatio. Tuberculum autem eſt quod cito ad incrementum et ſuppurationem procedit. Panus vero eſt quod phlegmonodes, eryſipelas aut eryſipelatodes phlegmone denominatur. Qui vero oboriuntur glandularum tumores ſine ulcere aut manifeſta cauſa, admodum ſuſpecti ducuntur, qui plenitudinem produnt. Sic autem nominant

Ed. Chart. IX. [162.]

μὲν οὖν οἱ ἐκ τῶν ἀδένων φλεγμονῆς γινόμενοι πυρετοὶ τὴν αἰτίαν ἔχωσι φανερὰν, ἢ καὶ ἐκ τῶν ἐφημέρων ὦσιν, οὐχ ὕποπτοι. οἱ δὲ βουβῶνες οἱ ἐπὶ τοῖς πυρετοῖς κακίω εἰσὶ, ὅτι διὰ τὴν τῶν σπλάγχνων φλεγμονὴν καὶ μεγάλην τῶν χυμῶν σηπεδόνα γίνεσθαι φαίνονται, οἷον καὶ κατὰ τὴν λοιμώδη κατάστασιν τοῖς κακοηθέσι πυρετοῖς ἐπιγίνονται. ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἀδένων ὄγκοι ἐν τοῖς πυρετοῖς χρονίαν διάθεσιν σημαίνουσιν, ὡς ἐν ταῖς Κωακαῖς γράφεται ὡδί πως, ἐν πυρετοῖσι βουβῶνος ἄλγημα νοῦσον χρονίην σημαίνει. συμβαίνει δὲ τοῦτο, ὅτι τῶν κακοηθῶν χυμῶν μεγάλην φορὰν ἔχουσι, ἐξ ὧν μάλιστα, ὡς ἐκ τῆς ὕλης, ὁ πυρετὸς γίνεται. εἰ δὲ ἐξ ἀρχῆς παρακμάζουσι, κακίονες κρίνονται, ὅτι τὰς δυνάμεις ἀσθενεῖς τε καὶ καταβεβλημένας εἶναι μαρτυροῦσι, διὸ εἶπεν αὐτὸς, αἱ ἀποστάσιες, οἷον βουβῶνες, σημεῖον μὲν τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων, ἀτὰρ καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ περὶ τὸ σπλάγχνα· κακοήθεες δὲ οὗτοι.

---

efflorefcentes glandulas. Enimvero fi febres ex glandularum inflammatione creata manifeftam caufam fortiantur, aut etiam diariae fint, minime fufpectae habentur. Bubones autem febribus fupervenientes, deteriores exiftunt, quod ob vifcerum phlegmonem et magnam humorum putredinem procreari videantur, quales in peftilenti ftatu malignis febribus fuboriuntur. Et vero glandularum tum tumores in febribus diuturnum affectum declarant, ut hoc modo in Coacis fcriptum eft. In febribus bubonis dolor morbum diuturnum fignificat. Id autem accidit quia magnam malignorum humorum copiam habent, ex quibus potiffimum tamquam ex materia febris accenditur. Quod fi ab initio decrefcant, pejores judicantur, quod tum imbecillas, tum proftratas effe vires teftentur. Propterea dixit ipfe, *abfceffus veluti bubones fignum quidem* effe progreffus habentium ex aliorum vifceribus praefertim infidentium. At hi maligni funt.

ια'.

[163] *Τὰ πνεύματα ὑποχονδρίοισιν ἔπαρσις μαλθακὴ καὶ ἔντασις οὐδετέρη, ἐπ᾽ αὐτῶν ἄνω στρογγύλων ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, οἷον περιφέρεια ἀποπυητική. ἄλλο μακρότερον ἐπὶ πλέον, ἄλλο κεχυμένον, ἄλλο κάτω ῥέπον, καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ξύντασις μέχρι τοῦ ὀμφαλοῦ. ἐν πάσῃ τῇ ἄνω ἴξει, ἢν ἐπανάληται καὶ ἐπίληπται εἰς τὸ περιφερὲς, ἢν μὲν πνεῦμα ᾖ, ἀκρίτως λεπτύνεται θέρμῃ, ἢν δὲ τοῦτο διαφύγῃ, ἐς ἐμπύησιν ὁρμᾷ.*

Πνεύματα λέγει νῦν τὰς φύσας, αἷς τὰ μόρια τοῦ σώματος ἐνοχλοῦνται, καθ᾽ ὃ σημαινόμενον πνευματώδεις λέγομεν περὶ τῶν ἐμπεπνευματωμένων καὶ περὶ τῆς πεπνευματωμένης γαστρός.

ιβ'.

Πυκνὰ πνεύματα, σμικρὰ, μεγάλα, ἀραιὰ, ἔξεισιν, ἔξω μέγα,

XI.

Qui flatibus conflictantur cum molli hypochondriorum tumore et neutrius lateris contentione, iis ſuperne in dextris rotundum quiddam ac veluti circumferentia aliqua pure plena, quod modo valde extenſum eſt, modo vero diffuſum, interdum etiam deorſum vergit et utrinque ad umbilicum contentionem facit. Si flatus in ea quae ſurſum fit in directum latione, in rotundum quiddam concludatur et veluti comprehendatur, absque judicatione calore attenuatur. Quodſi illud effugerit, ad ſuppurationem procedit.

Flatulentos ſpiritus vocat flatus quibus corporis partes divexantur. Qua ſignificatione flatulentos eos appellamus, quum de inflatis et de inflato ventre loquimur.

XII.

Spiritus denſi, parvi, magni, rari. Foras magnus pro-

Ed. Chart. IX. [163.]

ἔσω σμικρόν, τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ καταπεῖγον. διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισῃμέουσιν, θερμὸν, ψυχρόν.

Αἱ τῆς δυσπνοίας συζυγίαι τε καὶ διαφοραὶ τελεώτερον ἐν τῷ ἕκτῳ εὑρίσκονται γεγραμμέναι. καὶ γὰρ ταῖς τρίταις τετάρτη πρόσκειται, σαφῶς παραλελειμμένη ἐν τῷδε τῷ δευτέρῳ. οἶμαι δὲ τοῦτο συμβεβηκέναι οὐχ ὑπὸ γραφέως, ἀλλὰ μᾶλλον ἢ ἀμαθείᾳ ἢ ῥαθυμίᾳ τῶν παλαιῶν βιβλιογράφων, καὶ τὸ σφάλμα ἧκεν μέχρι δεῦρο. διὸ ἡ διαίρεσις τῶν δυσπνοιῶν ἐνταῦθα μὲν ἐλλιπῶς, ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ τελέως γέγραπται ὧδέ πως, πνεύματα μικρὰ, πυκνὰ, μεγάλα ἀραιά, μικρὰ ἀραιά· μεγάλα πυπνὰ, ἔξω μεγάλα, εἴσω μικρὰ, εἴσω μεγάλα, ἔξω μικρά. τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον, διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσι, θερμὸν, ψυχρόν. ταῖς μὲν γὰρ συζυγίαις, ταῖς κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα καὶ κατὰ πυκνότητα καὶ ἀραιότητα, τὰς ἄλλας δύο προστί-

cedit, intro parvus. Hic quidem protenſus, ille vero urgens. Duplicata intro revocatio qualis ſuperinſpirantibus, calidus, frigidus.

Difficilis reſpirationis conjugationes ac differentiae perfectius in ſexto deſcriptae comperiuntur. Etenim tribus quarta adjicitur manifeſte hoc in ſecundo praetermiſſa. At id arbitror accidiſſe non auctoris, ſed potius veterum ſcribarum ignorantia vel negligentia. Et hic error ad hoc usque tempus pervenit. Propterea diviſio difficilis reſpirationis hic datur mutilata. In ſexto vero perfecte hoc modo deſcripta eſt: *Spiritus parvi, denſi, magni rari; parvi rari; magni denſi; extra magni; intus parvi; intus magni; extra parvi. Alter quidem extendens, alter vero urgens. Dupla intro revocatio veluti ſuperinſpirantibus, calidus, frigidus.* Conjugationibus enim ſecundum magnitudinem et parvitatem et ſecundum denſitatem et raritatem; alias duas ſuperaddit, unam qui-

Ed. Chart. IX. [163. 164.]

θησι, μίαν ἐν ᾗ μικροτέρα καὶ πυκνοτέρα ἡ ἀναπνοὴ γίνεται, ἑτέραν δὲ, ὅταν μείζων τε ἅμα ἀραιοτέρα τέ ἐστιν. καὶ πρὸς ταύταις ἄλλην τρίτην, ἐν ᾗ μικροτέρα τε καὶ ἀραιοτέρα, καὶ πρὸς ταύτῃ τὴν τετάρτην, [164] ἐν ᾗ μικροτέρα καὶ πυκνοτέρα ἐστὶν, ἣν ἐνταῦθα παραλειμμένην ὑπὸ βιβλιογράφου φαμέν. πρόδηλον γάρ ἐστι, δύο ἀντιθέσεις ἀλλήλαις συμπλεκομένας τέσσαρας ἀπεργάζεσθαι συζυγίας. ὅτι μὲν οὖν * * * καὶ τούτων ἡ δευτέρα γέγραπται μὲν ἐν τῷ ἕκτῳ, παραλέλειπται δὲ ἐν τῷδε. οὐ γὰρ πρόσκειται τὸ, εἴσω μέγα, ἔξω μικρὸν, ἀλλὰ θάτερον μόνον εἶδος δυσπνοίας τέτακται. καθ' ὃ * * * ζητήσειε δ' ἄν τις εἰκότως τί δή ποτε κατὰ τὸ προγνωστικὸν περὶ δυσπνοίας ὧδέ πως γράφει, πνεῦμα πυκνὸν μὲν ἐὸν πόνον σημαίνει ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖσιν ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισι. μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου παραφροσύνην σημαίνει, ψυχρὸν δὲ ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στό-

dem in qua respiratio minor et densior, alterum vero quum et minor et rarior existit. His aliam tertiam addit, in qua tum minor tum rarior. Et praeterea quartam, in qua et minor et densior est, quam hic a scriba praetermissam esse dicimus. Constat enim duas oppositiones sibi invicem complicatas quatuor conjugationes constituere. * * Quod itaque * * * * * et harum secunda descripta quidem in sexto, in secundo vero praetermissa. Non enim adjicitur intro magnus, extra parvus. Verum alterum tantummodo difficilis respirations genus secundum constitutum est, quod * * * * * Inquiret autem cum ratione aliquis quare in prognostico de difficili respiratione hoc modo scribat; spiritus densus quidem laborem potius significat, quam phlegmonem in locis supra septum transversum positis. Si autem magnus sit spiritus, isque multo tempore, delirium portendit. Frigidus autem e naribus et ore exspiratus admodum jam

Ed. Chart. IX. [164.]
ματος, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται, ὅπου φαίνεται τριῶν μόνον δυσπνοιῶν μνημονεύειν, ἢ ἀρκεῖ τοσαύτας εἰδέναι συζυγίας ἐν ταῖς παρὰ φύσιν διαθέσεσιν. * * * * ὅτι γε πυκνοτέραν ἐργάζεται πάντως ἡ ὀξυθυμία τὴν ἀναπνοὴν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. παραλειψόμεθα οὖν αὐτὴν ἐπὶ τῶν * * * λέλεκται δὲ περὶ τῆς τοῦ Ἀντιγένους, ὡς ἀσθματώδης ἐγένετο πρὸ τόκου. ἀσθμαίνουσι μὲν γὰρ οἱ πυκνὸν ἀναπνέοντες καὶ τὸν θώρακα μέχρι πολλοῦ διαστέλλουσι. τούτου δ' αἰτίαν εἰρήκαμεν ἤδη καὶ οὐ χρὴ * * * * * ἐν ταῖς Κωακαῖς * * * καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεόμενον, σμικρὸν δὲ εἴσω καὶ τὸ σμικρὸν ἔξω, μέγα δὲ εἴσω. κάκιστον δὲ καὶ πλησίον θανάτου καὶ τὸ ἐκτεῖνον καὶ κατεπεῖγον δ' ἀμαυρὸν καὶ διπλῆ εἴσω ἀπανάκλησις, ὁποῖον ἐπεισπνέουσιν * * * * καὶ φησὶ, τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖ-

perniciosus est; ubi trium duntaxat respirationi generum meminisse videtur, aut satis est tot tantum nosse conjugationes in iis praeter naturam affectibus. * * * * Quod vero iracundia densiorem omnino efficiat respirationem ignorat nemo. Ipsam itaque relinquamus. * * * * * At de Antigenis uxore dictum, quod ante partum esset asthmatica. Asthmate namque laborant, qui dense respirant thoracemque multopere distendunt. Hujus rei causam jam protulimus, neque pluribus opus est. * * * * In Coacis * * * * * Et magnus qui foras spirando effertur et parvus qui intro, et parvus qui foras, et magnus qui intro spirat. Pessimus autem et morti proximus tum extendens tum urgens propter obscuritatem et dupla intro revocatio qualis intro respirat. * * * Et dicit alius quidem extendens, alius vero urgens, ut enunciet alterius partis respiratio-

Ed. Chart. IX. [164.]
γον, ἵνα λέγει τὰς ἑτέρας μορίου τῆς ἀναπνοῆς διαφορὰς, τὰς κατὰ τὴν κίνησιν ἐν τῇ βραδύτητι καὶ ταχύτητι. ἐκεῖνον μὲν γὰρ τὸ βραδὺ, κατεπεῖγον δὲ τὸ παχὺ, βραδύτης δὲ καὶ ταχύτης ἁπάσης κινήσεως ἀχώριστα. ὃ δὲ λέγει διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, ἔστιν εἰσπνοῆς ἀνωμάλου δηλωτικόν. ἐπιζητῆσθαι δὲ ἡ αὐτὴ ἀντίθεσις δύναται καὶ ἐπὶ τῆς ἐκπνοῆς, ἣν ὁρῶμεν παραλελειμμένην πρὸς τῶν μεταγραφόντων * * * διπλῆν εἴσω γίγνεσθαι τοῦ πνεύματος ἐπανάκλησιν, ἀλλὰ καὶ προστίθησιν, οἷον ἐπεισπνέουσιν, ἵνα γνῶμεν καὶ περὶ τῆς ἐκπνοῆς ταῦτα λέγεσθαι. μέμνηται δὲ τοῦ τοιούτου πνεύματος ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων εἰπὼν, καὶ πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φωνῇ πυκνὸν ἢ μέγα λίην * * * *
* * * * * * *

θερμὸν, ψυχρόν. αὕτη ἀντίθεσις ἄλλη ἐστὶ τῆς δύσπνοίας. καθάπερ γὰρ μέγα καὶ μικρὸν πνεῦμα καὶ πυκνὸν καὶ ἀραιὸν, οὕτω καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἐκπνεῖται *
* * * * * * πολλοὺς μὲν καὶ μακροὺς λήρους καταγράφουσι, τὰ δὲ ἐπίκαιρα

nis differentias, quae secundum motum eduntur in tarditate et celeritate. Ille namque extendens tardus est, urgens autem celer. Tarditas et celeritas a nullo motu separari possunt. Quod vero dicat, dupla intro revocatio, inaequalem respirationem declarat. Perquiri autem eadem etiam contradictio potest, in exspiratione quam intuemur a scriba praetermissam. * * * *
Duplam intro fieri spiritus revocationem. Praeterea vero adjungit veluti super inspirationem, ut noscamus de exspiratione etiam haec dici. At hujusmodi spiritus mentionem facit in libro de acutorum morborum victu his verbis: spiritus offendens in adscensu densus vel admodum magnus. * * * Calidus, frigidus, alia ipsa est difficilis respirationis oppositio. Quemadmodum enim magnus et parvus spiritus, densus et rarus, sic calidus et frigidus exspiratur. * * *

παραλείπουσιν, ἀλλὰ ἡμεῖς γε * * * * *

ιγ'.

[165] Ἰητήριον συνεχέων χασμάτων μακρόπνους, τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις πίνουσι βραχύπνους.

Ἀτμώδους τινὸς καὶ παχέος πνεύματος ἐν τῷ μυώδει γένει κατειλημμένου χασμῶνται οἱ ἄνθρωποι καὶ σκορδινῶνται καὶ διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐπνέουσι. καθαίρεται γὰρ ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς καὶ κενοῦται τὸ τοιοῦτον πνεῦμα. εἰ δὲ μὴ συνεχῶς τοῦτο πράττῃ τις, ἀλλὰ διὰ μακροῦ χρόνου δῆλόν ἐστι τὴν προτέραν διάθεσιν μὴ ἔτι ἐνεῖναι καὶ οὕτως ἡ μακρόπνοια σημεῖον ἰητήριον τῆς χάσμης ἔσται. τὸ γὰρ μακρόπνουν σημαίνει τὸ διὰ μακροῦ χρόνου γινόμενον, τουτέστι τὸ ἀραιὸν πνεῦμα καὶ τὸ πολὺ, καθάπερ τὸ βραχύπνους δηλοῖ τὸ δι' ὀλίγου, τουτέστι τὸ πυκνὸν καὶ τὸ μικρόν. ὥσπερ οὖν ἡ κατάληψις πνεύματος, ἥπερ ἐστὶν ἐν

Multas quidem et prolixas nugas describunt, pernecessaria vero praetermittunt. Verum nos * * * *

XIII.

Assiduarum oscitationum medela longa spiratio; non, ut vix bibentibus brevis spiratio.

Vaporoso quodam et crasso spiritu in musculoso genere contento oscitant homines et pandiculantur et propterea crebro exspirant. Purgantur enim in exspirationibus et evacuatur hujusmodi spiritus. Quod si quis id assidue non faciat, sed longo tempore, patet priorem affectum non amplius inesse et ita longa respiratio salubre oscitationis erit signum. Longa enim respiratio spiritum qui longo tempore editur, hoc est rarum et multum significat, quemadmodum brevis respiratio spiritum qui brevi tempore educitur, hoc est densum et parvum prodit. Quemadmodum igitur spiritus detentio, quae in eo

Ed. Chart. IX. [165.]

τῷ διὰ πλείστου τὴν ἀναπνοὴν ἐπισχεῖν, λυγμοὺς ἰᾶται, οὕτω καὶ τὰς χάσμας ἰάσεται. τῶν γὰρ ἐναντίων ἐναντία τὰ ἰάματα. ὁποῖον δέ τι πρᾶγμά ἐστιν ἡ κατάληψις τοῦ πνεύματος, ἤδη μοι πολλάκις ἐν ἄλλοις εἴρηται. λέγεται δὲ μακρόπνους ἤτοι μακρὸν ἀναπνέων ἢ διὰ μακροῦ. ἐν δὲ τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις πίνουσιν ἡ βραχύπνοια ἰητήριον, τουτέστιν ἡ διὰ βραχέος χρόνου κίνησις τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, ἥνπερ δὴ καὶ πυκνὸν πνεῦμα καλοῦμεν. ἥπερ ἅμα αἴτιον καὶ σημεῖον ἰητήριον ὑπάρχει * * ἀλλὰ μὴν αἱ τοιαῦται τῶν ῥήσεων οὐκ ἔκδηλον ἔχουσι τὴν τοῦ γράψαντος διάνοιαν, ὡς ἂν μὴ προσκειμένου κατὰ τὴν λέξιν αὐτῶν, ἐπὶ τίνων βούλεται σκέπτεσθαι ταῦτα, διὸ πότερον τοὺς * * * * * μᾶλλον ἢ οἷς * * * * * * * ὡς ἀναπνεῖν τε ἅμα διὰ μακροῦ καὶ ψυχρὸν ἐκπνεῖν * * * ὅτε μὲν γὰρ ὁ νόσων ἀφίεται τῆς τοῦ ψυχροῦ ἀέρος εἰσπνοῆς διὰ τὸ διακαὲς, τὸ τὰ ἐνδοτέρω μόρια ἐνοχλοῦν, καὶ αἰτεῖ αὖ περιστέλλεσθαι, διὰ τὸ τῶν ἐξωτέρω μερῶν ψῦχος,

consistit, ut multo tempore respiratio contineatur, singultum sanat, sic et oscitationes sanabit. Contrariorum namque contraria sunt remedia. Quid vero sit detentio jam alibi saepius a nobis dictum est. Prolixe spirans dicitur, qui prolixe aut longo tempore spirat. Impotis autem ex vix bibentibus brevis spiratio salubris, qui scilicet brevi tempore fit spirabilium organorum motus, quem sane et densum spiritum vocamus, qui simul et causa et signum salubre est. * * * Verum tamen hujusmodi assertiones auctoris mentem apertam non habent, nisi addito ipsorum textu, in quibus natura velit haec observari. Propterea utrum * * * * magis quam hos * * * * ut simul respiretur longo tempore et frigidum exspiretur * * * * * * Quod enim aegrotus cesset a frigidi aëris respiratione propter fervorem interiores partes infestantem

θανατώδης ἡ νόσος εἶναι νομίζεται, καὶ τοῦτο μάλιστα εἴη, εἰ μὴ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ παροξυσμοῦ τοῦτο συμβαίνει.

ιδ΄.

Κατ' ἴξιν καὶ πλευρῶν ἔντασις ὀδυνώδης καὶ ἐντάσιες ὑποχονδρίων καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες, ἐκ ῥινῶν ῥήξιες.

[166] *Τοῦτο ὅμοιόν ἐστι τῷ ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἰρημένῳ, κατ' ἴξιν καὶ πλευρέων ὀδύνη καὶ συντάσιες ὑποχονδρίων καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιες καὶ ὦτα κατ' ἴξιν, τούτων τὰ πλεῖστα ταῦτα καὶ ἐς ὀφθαλμούς. πλὴν ὅτι ἐκεῖ πρόσκειται τὸ τῶν ὤτων καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, διότι καὶ ταῦτα μόρια ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ὑποπίπτει τῶν κατ' ἴξιν. καὶ γὰρ ἐξ ἑαυτῶν εἰς ἕτερα γίνεται ἀπόθεσις κατ' εὐθυωρίαν καὶ ἕτερα μόρια πάσχοντα εἰς τὰ ὦτα ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποσκήπτει. ὥσπερ καὶ ἄρτι*

---

et petat protegi propter exteriorum partium frigus, letalis morbus esse censetur, idque maxime fuerit, nisi initio paroxysmi id accidat.

XIV.

E directo etiam laterum contentio dolorosa et hypochondriorum contentiones, tum lienis extuberationes tum sanguinis e naribus eruptiones fieri debent.

Hic textus similis est textui qui in sexto epidemiorum pronunciatur. *E directo etiam et laterum dolor et hypochondriorum contensiones et lienis tumores et e naribus eruptiones et horum quam plurima ad aures et oculos secundum rectitudinem oboriuntur.* Praeterquam quod eo loci addit quae auribus et oculis oboriuntur, cur et hae partes, ut et caeterae submittant secundum rectitudinem. Etenim ex ipsis ad alia fit depositio secundum rectitudinem et aliae partes affectae in aures aut oculos desinunt. Quemadmodum et nuper parturientem nec satis abunde

Ed. Chart. IX. [166.]

τεκοῦσαν καὶ μὴ ἀρκούντως καθαιρομένην πυρετὸς ἔλαβεν ὀξὺς καὶ ἐκ τῆς ὅλης ἀριστερᾶς χειρὸς ἐξωγκωμένης εἰς τὸν ἀριστερὸν ὀφθαλμὸν ἀπόθεσις ἐγένετο, ἣ πρὸς τῶν ἰατρῶν ἀμελουμένη πᾶσαν τὴν κόρην ἐδαπάνησε καὶ τὴν τοῦ ὀφθαλμοῦ χρῆσιν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀναφορᾶς ἀφῃρέθη. ἔπειτα δὲ καὶ τὰ κῶλα πάντα καὶ τὰ γούνατα καὶ οἱ πόδες αὐτοὶ ἐξωγκώθησαν καὶ διὰ τὴν τοῦ πυρετοῦ ὀξύτητα κατὰ τὸ σῶμα, μάλιστα δὲ πρὸς τὸν ταρσὸν καὶ τὰ σκέλη ἐξάνθησάν τινα καὶ μόγις διὰ τῶν οὔρων καὶ διαχωρημάτων πολλῶν, τοῦ θέρους εἰσβαλόντος ἐσώθη. τουτὶ δὲ τὸ παράγγελμα, τὸ κατ' ἴξιν, ἐστὶν ἐν τῇ ἰατρικῇ θρυλούμενον καὶ εἰκότως γε * * * * καὶ διὰ ταῦτα ἐν τῷ προῤῥητικῷ ψέγονται τὰ ἀνάπαλιν αἱμοῤῥαγέοντα, οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ ῥέειν καὶ τὰ καθ' ὑποχόνδριον ὡσαύτως * * * * * * καὶ ἐν Κωακαῖς, τὸ ἀνάπαλιν αἱμοῤῥαγέειν πονηρόν. * *

---

purgatam invasit febris acuta et ex tota sinistra manu tumefacta in sinistrum oculum depositio erat, quae a medicis neglecta totam pupillam consumpsit et oculi usum ex mali sursum ad eum translatione perdidit. Postea vero ea membra omnia et genua et pedes ipsi tumuerunt et ob febris acutiem corpus obsidentis praesertim ad tarsos et crura quaedam papulae effloruerunt et vix per urinas et multas dejectiones, accedente aestate, incolumis invasit. At hoc praeceptum quod secundum rectitudinem est in medicina celebratur et merito sane * * * * * Propterea in prognostico improbantur contraria sanguinis profluvia, quale in liene magno ex dextro latere erumpit et quod ex hypochondrio similiter * * * * Etiam in Coacis, non e directo haemorrhagia malum. * * * *

Ed. Chart. IX. [166. 167.]

ιέ.

Τὰ καταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα.

Ἡ αὐτὴ ῥῆσίς ἐστι καὶ ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ πρώτου τμήματος ὧδὶ, οἷσιν ἐγκαταλείπεται, βεβαιόταται ὑποστροφαὶ καὶ τάχισται καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀφορισμῶν, ἣν ὑπερβησόμεθα, διὰ τὸ προεξηγήσασθαι.

ιζ'.

Τὸ γοῦν πρῶτον σπληνῶν ἐπάρσιες. ἢν μὴ ἐς ἄρθρα τελευτήσῃ, αἱμοῤῥαγία γίνεται.

[167] Ἡ αἱμοῤῥαγία πολλάκις καὶ τοὺς σπληνὸς ὄγκους καὶ τὰς τῶν ὑποχονδρίων τάσεις λύει, ἢν μὴ ἀπόσκημμα εἰς ἄλλα μόρια γένηται. ὀνομάζουσι δὲ ἀποσκήμματα, ὅταν χυμοί τινες ἐνοχλοῦντες πρότερον ἑτέρῳ μορίῳ καταλιπόντες ἐκεῖνο εἰς ἕτερον μεταστῶσιν. παρ' Ἱπποκράτει δὲ περὶ

XV.

Quae post crisin relinquuntur, recidivas invehunt.

Eadem quoque habetur sententia in primae sectionis fine ita pronunciata: *Quibus relinquuntur, recidivae certissimae ac citissimae.* In secundo etiam aphorismorum, quam praetermittimus, quod jam explicata fuerit.

XVI.

Primum itaque lienis tumores; nisi in articulos desierint, sanguinis e naribus fit eruptio.

Haemorrhagia saepenumero tum lienis tumores, tum hypochondriorum contentiones solvit, nisi in alias partes fiat humorum decubitus. Humorum autem decubitus nominatur, quum humores quidem alteri parti prius molesti et illa relicta in alteram migraverint. Apud Hippocratem vero de humorum a liene ad hepar et con-

Ed. Chart. IX. [167.]

τῆς τῶν χυμῶν ἐκ τοῦ σπληνὸς εἰς τὸ ἧπαρ καὶ πάλιν ἐκ τοῦ ἥπατος εἰς τὸν σπλῆνα διαδέξεως γέγραπται τάδε· αἱ διαδέξιες τῶν ὑποχονδρίων ἐξ οἵων εἰς οἷα ἀλλοιοῦσι καὶ τῶν σπλάγχνων τῶν φλεγμονῶν οἷα δύναται, εἴτ' ἐξ ἥπατος σπληνὶ καὶ τἀναντία καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἐν δὲ τοιαύτῃ διαδοχῇ ἴσμεν ἐπικινδύνους εἶναι τὰς εἰς ἧπαρ ἐκ σπληνὸς, ἀκινδύνους δὲ ἐφ' ἥπατος εἰς σπλῆνα.

ιζ'.

Η ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔντασις, ἢν μὴ διεξοδεύσῃ οὖρα. αὕτη γὰρ ἡ κατάληψις ἀμφοῖν καὶ ὑποστροφαί.

Αὕτη ἡ ῥῆσις τελεώτερον γέγραπται ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ὡδί· τὸ γοῦν πρῶτον σπληνῶν ἐπάρσιες, ἢν μὴ εἰς ἄρθρα τελευτήσῃ ἢ αἱμοῤῥαγία γένηται ἢ δεξιοῦ ὑποχονδρίου ἔντασις, ἢν μὴ διεξοδεύῃ οὖρα. αὕτη γὰρ ἡ ἐγκατάληψις ἀμφοτέρων, αἱ ὑποστροφαὶ τουτέων εἰκότως. τὸ

tra ab hepate ad lienem transitu haec ſcripta ſunt: hypochondriorum mutationes ex qualibus in qualia immutantur et quae poſſunt viſcerum inflammationes quae ab hepate ad lienem ſive contrario modo et quaecunque ſunt hujusmodi. In hac autem migratione ſcimus periculoſas eſſe quae ad liene a hepar, non periculoſas autem quae ab hepate ad lienem migrant affectiones.

XVII.

Aut dextri hypochondrii contentio, niſi urinae perruperint. Haec enim eſt utrorumque interceptio et recidivae fiant.

Haec ſententia in ſexto epidemiorum perfectius hoc modo ſcripta eſt: *Imprimis itaque lienum tumores niſi in articulos deſierint, aut haemorrhagia accedit aut dextri hypochondrii contentio, niſi urinae pertranſierint.* Haec enim utriusque interceptio horum merito recidivae. Co-

Ed. Chart. IX. [167.]

γὰρ οὖρον τὸ πολὺ τὴν τῶν σπλάγχνων περιουσίαν καταλαμβάνει, ἂν δὲ μὴ δαψιλῶς ῥέῃ, αἴτιον τῆς ἀποστροφῆς γίνεται. ἔστι μὲν γὰρ ἡ κύστις ὥσπερ κοινή τις τοῦ σώματος ἀντλία, τὰ σπλάγχνα αὐτὰ ἐκπλύνουσα, καὶ ὁ μὲν σπλὴν κἂν διὰ τῆς κοιλίας ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον καθαίρεται, ἀλλ᾽ ὅμως διὰ τῶν οὔρων διυλίζεται. ὡς ἔστιν ὁρᾶν τὰ μελαινίζοντα τῶν οὔρων, δι᾽ ὧν τὰ τοῦ σπληνὸς λύεται νοσήματα, διὸ κατάληψιν ἀντὶ τοῦ ἀπόληψιν τῶν χυμῶν διὰ τῶν ἀγγείων κενουμένων νῦν λέγει, καθάπερ πολλάκις τῶν οὔρων ἢ κατάληψιν ἀπόληψιν εἴωθε γράφειν. ὅταν. * * * *

ιη΄.

Ἀποστασίας οὖν ποιέεσθαι αὐτὸν ἡγεύμενον μὴ γινομένας. τὰς δὲ παρακλίνειν ἤδη γινομένας. τὰς δὲ ἀποδέχεσθαι, ἢν ἔωσιν οἷαι δεῖ καὶ ᾗ δεῖ. ὁκόσαι δὲ μὴ σφόδρα, συνδρᾶν, τὰς δὲ ἀποτρέπειν, ἢν πάντῃ ἀσύμφοροι ἔωσι. μάλιστα δὲ ταύτας μελλούσας. εἰ δὲ μὴ, ἄρτι ἀρχομένας.

piosae namque urinae viscerum amplitudinem detinent Nisi enim copiose fluant, recidivarum causae sunt. Est enim vesica ceu communis quaedam corporis sentina, quae ipsa eluit viscera, lien etiam etsi per alvum plerumque purgatur, attamen simul etiam per urinas expurgatur, ut intueri licet in urinis nigrantibus, per quas lienis morbi solvuntur. Propterea detentionem prae cessatione humorum per vasa evacuatorum nunc dicit, quemadmodum persaepe urinarum vel detentionem vel cessationem scribere consuevit. Quum * * * *

XVIII.

Haec itaque perpendentem abscessus efficere conveniet, si non fiant; quosdam etiam qui, qua et qualiter oportet jam prodierint excipere. Qui vero non abunde prodeunt, coadjuvandi sunt. Qui prorsus etiam sunt incommodi, avertendi, si maxime affuturi sint, sin minus, si jam veniant.

Ed. Chart. IX. [168.]

[168] *Εἰπὼν περὶ τῶν ἐν τοῖς νοσήμασι καταλιπομένων ὑπὸ τῶν ἀποστάσεων, νῦν πῶς αὐτὰς ποιεῖν χρὴ διδάσκει καὶ πολλοὺς διορισμοὺς παραδίδωσι, ἵνα μὴ* * * * *

ιθ'.

Αἱ τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι δύσκριτοι.

Τοῦτο σύμφωνόν ἐστι τῷ λεγομένῳ πρὸς αὐτοῦ, τὰ κρίνοντα οὐκ αὐτίκα ἐπιφανέσθω. ἐν γὰρ ταῖς ἀρχαῖς τῶν νοσημάτων τὰ πάντα ὠμὰ ὄντα ἐλπίδα μέν τινα, οὐδεμίαν δὲ λύσιν σημαίνειν δύναται. διὸ αἱ τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι ὕποπτοι, ἐπειδὴ ἡ τετάρτη τῶν ἡμερῶν ἐπίδηλός ἐστι καὶ μόγις κρίσιμος. τὰ δὲ ὀξέα, ὡς ἐν ταῖς Κωακαῖς γράφεται, κρίνεται αἵματος ἐκ ῥινῶν ῥυέντος ἐν κρισίμῳ καὶ ἡ αὐτὴ ἔννοια ἐν αὐτοῖς ῥήμασιν ἐστιν ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν γεγραμμένη. πάλιν δὲ καὶ ἐν ταῖς Κωακαῖς ταυτὸ τοῦτο

Oratione facta de his quae in morbis relinquuntur ab abſceſſibus, nunc quomodo ipſos efficere oporteat docet, multasque diſtinctiones adfert, hau non * * * *

XIX.

Quae quarto die ſanguinis e naribus eruptiones contingunt, difficilem judicationem faciunt.

Hoc effatum pronunciatae ab ipſo ſententiae conſonum eſt. *Judicatoria non ſtatim appareant.* Quum enim in morborum principiis cruda ſunt omnia, ſpem quidem aliquam, ſolutionem vero nullam ſignificare poſſunt. Idcirco haemorrhagiae quarto die oborientes ſuſpectae. Quandoquidem quartus dies vix manifeſtus eſt vixque judicatorius. At acuti morbi, ut in Coacis ſcribitur: *profluente e naribus ſanguine, die decretorio judicantur.* Eadem quoque ſententia iisdem verbis ſexto epidemiorum ſcripta eſt. Et vero etiamnum hoc idem in Coacis hisce

Ed. Chart. IX. [168.]
εἶπε διὰ τούτων· ἐν καύσῳ ῥύσις ἐκ μυκτήρων τεταρταίῳ κακὸν, ἤν μή τι ἄλλο συμπίσῃ, πεμπταίῳ δ' ἧσσον κινδυνῶδες. καὶ πάλιν, τεταρταίοισιν αἱ τοιαῦται αἱμοῤῥαγίαι κωματώδεες. ἀνάπαλιν δὲ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις γινομένας ῥύσεις ἐπαινεῖ, ὡς ὅταν φησὶ, ἑβδομαίοισιν ἢ ἐναταίοισιν ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταίοισιν. ῥύσιες ἐκ ῥινέων λύουσι ὡς ἐπιτοπολὺ τοὺς πυρετούς.

κ.

Οἱ διαλείποντες μίαν τῇ ἑτέρῃ ἐπιῤῥιγεῦσιν ἅμα κρίσεις ἐς ἑβδόμην.

Περὶ τῶν τριταίων πυρετῶν ἀκουστέον, οὓς ἐν ἑπτὰ περιόδοις λύεσθαι φησὶν αὐτὸς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἀφορισμῶν, κἂν ἄλλως πως ἐν ταῖς Κωακαῖς λέγειν φαίνηται. τριταῖος ἀκριβὴς, φησὶν, ἐν πέντε ἢ ἐν ἑπτὰ περιόδοισι· ἢ τὸ μακρότατον ἐν ἐννέα κρίνεται. ἀκριβὴς μὲν ἔσται τρι-

verbis protulit: *In febre ardente fluxus e naribus quarto die mălum, nisi quid aliud contigerit; quinto vero die minus periculoſum.* Iterum: *Hujusmodi haemorrhagiae quarto die oborientes coma invehunt.* Contra vero aliis diebus obortos fluxus laudat, ut quum dicit, ſeptimo vel nono vel quartodecimo die oborti fluxus e naribus febres plerumque ſolvunt.

XX.

Quae febres uno die intermittunt, altero vero ſuperrigent, una cum judicatione ad ſeptimum circuitum perdurant.

De tertianis febribus haec ſententia percipienda eſt, quas ſeptem periodis ſolvi ipſe profert quarto aphorismorum, etiamſi alio modo in Coacis ſentire videatur. Tertiana exquiſita, inquit, quinque vel ſeptem periodis vel novem longiſſimo termino judicatur. Exquiſita quidem erit tertiana, quae ſuam naturam ſinceram conſervat,

Ed. Chart. IX. [168. 169.]

ταῖος ὁ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν εἰλικρινῆ διασώζων, ὃς ἔχει ξανθὴν χολὴν πλεονάζουσάν τε καὶ κινουμένην, τὴν [169] ὥραν θερινὴν καὶ τὸ χωρίον θερμόν τε καὶ ξηρὸν καὶ τὴν ἡλικίαν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὴν κρᾶσιν ὁμοίαν. τὸν τοιοῦτον οὖν φησὶν ἐν ἑπτὰ περιόδοις κρίνεσθαι τὸ μακρότατον. ἐπὶ δὲ τῶν τριταίων καὶ τεταρταίων πυρετῶν ἡ κρίσις γίνεται κατὰ τὸν τῶν περιόδων ἀριθμὸν, οὐ τὸν τῶν ἡμερῶν.

κα΄.

Σκόπῳ ἐκ κορυζωδέων χολωδέων καὶ φάρυγγος φλεγμονῆς φλαύρως διαιτηθέντι ἡ κοιλίη ἀπελήφθη καὶ πυρετὸς συνεχὴς ἐγένετο καὶ γλῶσσα ἐνανθὴς καὶ ἄγρυπνος, ἤτοι ἔντασις ἰσχυρῶς, ὁμαλῶς κατὰ σμικρὸν ἐς τὸ κάτω ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, πνεῦμα ὑπόπυκνον. ὑποχόνδρια ἤλγει καὶ ἀναπνέων καὶ στρεφόμενος. ἄνευ δὲ βηχὸς ἀνεχρέμπτετο ὑπὰ παχέος. πέπλος δοθεῖσα ἀπὸ τοῦ ὑποχονδρίου μὲν ἀπῶσαν, ἐπεραιώθη δὲ οὐδὲν, τῇ δ' ὑστεραίῃ βάλανοι δύο

quaeque flava bile redundante et commota ſcatet et aeſtiva tempeſtate et regione calida et ſicca et hominis aetate et temperamento ſimili accenditur. Hanc igitur febrem ad ſummum ſeptem periodis judicari pronunciat. Porro in tertianis et quartanis febribus ſecundum periodorum, non dictum numerum criſis oboritur.

XXI.

Scopo ex mucoſis, bilioſis et faucium inflammatione, vitioſo victu uſu, alvus ſuppreſſa et febris continua oborta eſt. Lingua erat florida; ille pervigil, valida imi ventris contenſio aequabiliter et paulatim ad inferiorem partem vergens; ſpiritus aliquantulum denſus, hypochondria in reſpiratione et ſui contentione dolebat; absque tuſſi vero ſubcraſſa excreabat. Peplus exhibita ab hypochondrio quidem depulit, nihil autem transmiſit. Poſtridie glandes duae immiſſae non juvarunt. Urina

προστεθεῖσαι οὐκ ἐφάνησαν. οὖρον δὲ παχὺ καὶ θολερὸν, λείη καὶ ὁμαλὴ καὶ ἔσται κοιλίη ἐν θολερότητι, ἥ τε γαστὴρ μαλακωτέρη ἦν καὶ σπλὴν ἐπηρμένος κατάῤῥοπος ἐγένετο. ποτῷ ἐχρῆτο ὀξυγλυκεῖ. δεκάτῃ αἷμα ἐξ ἀριστεροῦ ὑδαρὲς ὀλίγον ἦλθεν, οὐ πάνυ δέ τι ἄῤῥωστος αὐτὸ τοῦτο. καὶ οὖρον ὑπόστασιν ἔχον. ἐν δὲ τῇ ὑποστάσει ὑπόλευκόν τι προσεχόμενον πρὸς τῷ ἀγγείῳ λεπτὸν, οὔτε οἷον γονοειδὲς οὔτε ἀνόμοιον, ἐῤῥύη τοῦτο βραχύ. τῇ δ' ὑστεραίῃ κριθεὶς ἀπύρετος καὶ ὑπῆλθεν ὑπόγλισχρον τῇ ἑνδεκάτῃ· τὸ δέ τι περὶ ῥοῦν χολῶδες, οὔρου δὲ κάθαρσις πολλὴ καὶ πλήθει καὶ ὑποστάσει. καὶ πρὶν μὲν οἰνοποτέειν ἤρξατο, μικροῦ λάπη ὁμοίη. διῆλθε δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ, ὡς ὀλίγον ἐόντων. γλισχρὰ δὲ καὶ κοπρώδεα θολερά. τὸ τοιοῦτον εἰ κρισίμως, ὅτι καὶ τὸ Ἀντιγένεος ἐν Περίνθῳ.

Ἡ τῶν παθημάτων συνδρομὴ δείκνυται σαφῶς πῶς εἶχεν ὁ ἄῤῥωστος, οὗ ὄνομα Σκόπος. μεγάλην δὲ ῥοπὴν

erat crassa ac turbida, sedimentum laeve et aequale, alvus in turbulentia restitit, venterque mollis exstabat et lien elatus ac deorsum librabatur. Potu acido mulso utebatur. Decimo sanguis ex nare sinistra aquosus et paucus prodiit. Hoc autem ipsi aegroto non admodum opitulabatur. Urina sedimentum habebat, cui sedimento quiddam inerat tenue vasi adhaerens, quod neque erat geniturae simile neque dissimile, hoc brevi effluxerat. Postridie liber a febre judicatus est. Undecimo prodierunt alvi faeces paucae quidem, viscosae tamen et conturbatae. An id tale judicatorio modo contigit, quale fuit Antigenis in Perintho?

Morborum concursus dilucide demonstrant quomodo se haberet aegrotus, cujus nomen Scopus erat. Magnum autem momentum habet lienis tumor, hypochondriorum

Ed. Chart. IX. [169. 170.]
ἔχει ὁ τοῦ σπληνὸς ὄγκος, τῶν ὑποχονδρίων ἔντασις καὶ τῶν κατὰ τὸ ὑπογάστριον μερῶν διάτασις. ταῦτα γὰρ τῶν κυρίων σπλάγχνων διαθέσεις τε καὶ μεγάλην ἐν ταῖς εὐρυχωρίαις τῶν φυσῶν εὐπορίαν σημαίνουσι. αἵπερ ἐν αὐτοῖς ἐστηριγμέναι αἴτιον εἰσὶ, ὅτι ἡ κοιλία ἔστη καὶ οὐδὲ πρὸς ἀνάγκην ὑπεχώρει. προσέτι δὲ καὶ ὁ σπλὴν ἐπηρμένος καὶ κατάῤῥοπος πρωτεύει ἐν τῇδε τῇ θεωρίᾳ. ἔπειτα δὲ τὸ πνεῦμα ὑπόπυκνον τῶν σπλάγχνων πεπονθότων τεκμήριον ἦν. ἀλλ' ὅμως οὗτος ἀδόκητος τῶν κακῶν συναθροισμὸς διὰ τῶν διαχωρημάτων τε καὶ ἀθρόας τῶν οὔρων καθάρσεως ἐλύθη. τὸ δὲ πνεῦμα ὑπόπυκνον ἦν, διότι τὰ ὑποχόνδρια τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις συνῆπται καὶ διὰ τοῦτο ὀδυνωμένων αὐτῶν τοῦτο συνέβη. ἀλλὰ περὶ τῶν δυσπνοιῶν ἁπασῶν ἐῤῥέθη μοι κατὰ διέξοδον ἐν τοῖς περὶ δυσπνοίας ὑπομνήμασιν. δέδοται δὲ πέπλιον τῷ κάμνοντι, ὅπερ εἰς τὸ καθᾶραι τὸ φλεγματῶδες καὶ χολῶδες, μετὰ φυσῶν κατὰ πλῆθος καὶ ξηραν- [170] θέντα καθαίρει πράως, περὶ οὗ καὶ ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων

contentio et partium imi ventris diſtentio. Hae namque praecipuorum viſcerum affectiones magnam in ſpatioſis locis flatuum copiam ſignificant, qui in ipſis commorati cauſae ſunt cur alvus ſiſtebat, neque neceſſitati cedebat. Praeterea vero lien tumefactus deorſumque propendens primas tenet in anguſtia. Poſtea ſpiritus aliquantulum denſus certum erat viſcerum affectorum ſignum. Verumtamen inexſpectatus hic malorum acervus tum dejectionibus, tum conferta urinarum purgatione ſolutus eſt. Spiritus autem aliquantulum denſus erat, quod hypochondria ſpirabilibus inſtrumentis eſſent contigua, proindeque dolentibus ipſis hoc accidit. Verum de difficilibus reſpirationibus in libris de dyſpnoea a nobis perfecta oratione dictum eſt. Datus autem eſt peplus laboranti, qui tum ad pituitae tum bilis purgationem etiam ad flatuum copiam diſcutiendam confert, qui exſiccatus blande purgat, de quo et in libro de acutorum morborum diaeta haec ſcri-

ὁ παλαιὸς γράφει τάδε, πέπλιον δὲ μέλανος μᾶλλον φυσέων καταῤῥηκτικώτερόν ἐστιν. ἀπῶσε μὲν ἀπὸ τοῦ ὑποχονδρίου, ἐκουφίζετο δὲ οὐδὲν ὁ κάμνων. δεκάτῃ δὲ αἷμα ἐξ ἀριστεροῦ ὑδαρὲς ὀλίγον ἦλθεν. οὐ πάνυ δέ τι ὁ ἄῤῥωστος δι' αὐτὸ τοῦτο ὠφελήθη. διὰ τί; ὅτι ἐν δεκάτῃ μὴ κρισίμῳ οὔσῃ καὶ ὅτι ὀλίγον καὶ ὑδαρὲς ἦλθεν, εἰ καὶ κατ' ἴξιν ἦν καὶ τοῦ ὀγκουμένου σπληνὸς καὶ ἐντεταμένου ὑποχονδρίου ἰδία κρίσις κατὰ τὴν αἱμοῤῥαγίαν ὡς τὰ πολλὰ γίγνεσθαι εἴωθεν. τὸ γονοειδὲς δ' οὖρον λέγεται, ὅταν οὐ καλούμενος ὑπὸ Πραξαγόρου χυμὸς ὑαλώδης ἐκκενοῦται. λάπην δὲ καλεῖν εἴωθεν αὐτὸς τὸ λεπτόν τε καὶ λευκὸν καὶ γλίσχρον φλέγμα, ὅπερ διὰ τοῦ στόματος πτύεται, ἐνίοτε μὲν ὀξὺ, ἐνίοτε δὲ δριμὺ καὶ ἁλυκὸν, ἢ γλυκὺ καὶ ἄποιον, καὶ ἔστιν ὅτε λάπην ὀξείην, ὁτὲ δὲ ἁλμυρὴν λέγει. ἐν μὲν γὰρ τῷ περὶ νούσων οὕτω γράφει· καὶ ἐμέει σίελα καὶ λάπην, ἐνίοτε δὲ καὶ σιτία. καὶ πάλιν, καὶ τὰ σπλάγχνα μύζει καὶ ἐμέει λάπην καὶ οἷον ὄξος, καὶ τοὺς ὀδόντας αἱμωδιᾷ, καὶ

bit: *Peplium autem veratro nigro magis flatus educit, ab hypochondrio quidem propellit, ſed nihilo levatur aegrotus.* Decimo die paucum ſanguinis e ſiniſtra nare prodiit, non tamen aegrotus propterea admodum adjutus eſt. Quare? Quia decimus dies judicatorius non eſt et quia paucus et aquoſus prodiit ſanguis, etiamſi e directo et tumente liene et extenſo hypochondrio propria criſi per haemorrhagiam ut plurimum fieri conſueverit. Urina porro geniturae ſimilis dicitur, quum humor a Praxagora vocatus vitreus evacuatur. Lapen autem vocare ſolet auctor tenuem, albam et viscoſam pituitam, quae per os exſpuitur; interdum quidem acidam, interdum vero acrem et ſalſam vel dulcem et inſipidam. Atque interdum lapen acidam, interdum ſalſam vocitat. In libro quidem de morbis ita ſcribit: *Et vomit ſalivam et pituitam; interdum vero et cibos;* et rurſum: *viſcera ſtrepitum edunt et pituitam evomunt, quae tamquam acetum dentibus ſtuporem excitat* et aphthas appellatos morbos et alias alia

Ed. Chart. IX. [170.]

ἐν τῇ νόσῳ λεγομένῃ ἐνάφθη καὶ ἐμέει ἄλλοτε ἀλλοῖα καὶ χολὴν καὶ σίαλα καὶ λάπην καὶ δριμὺ καὶ ἐν μελαίνῃ νόσῳ, ἐμέειδὲ ὁτὲ μὲν δριμὺ, οἷον ὄξος, ὁτὲ δὲ σίαλον καὶ λάπην, ὁτὲ δὲ χολὴν χλωρήν. καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, ἐν τῇ περιπνευμονίᾳ οἷον γαστὴρ τρυλίζει καὶ ἐμέει λάπην ὀξεῖαν. καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φθίσει, ἐνίοτε ἤμεσε χολὴν, ποτὲ δὲ λάπην. καὶ ἐν τοῖς παχέσι καλουμένοις νοσήμασιν, ἐνίοτε δὲ ἐμέει λάπην ὀξεῖαν, ἐνίοτε δὲ ἁλμυρήν. ἦν γὰρ ταῦτα βεβαιότατα τοῦ φλεγματώδους νοσήματος καὶ ὠμοῦ σημεῖα * * * * * * ὅσον μὲν οὖν αὐτοῦ πρὸς τὸ λευκότερον ῥέπει χρῶμα, τῆς ὠχρᾶς χρόας ἐκλελυμένης, ὠμότητα χυμοῦ ἐνδείκνυται· τὸ δὲ ἐπιτεταμένον ὠχρὸν, ὡς ἐγγὺς εἶναι τοῦ ξανθοῦ, χολώδη θερμασίαν. ἡ δὲ λιπαρὰ τῶν οὔρων ὑπόστασις σύν τε τῷ ἀνωμάλῳ χρώματι καὶ χολώδει σημαίνει τὴν πιμελὴν ὑπὸ τῆς τοῦ πυρετοῦ θερμασίας συντήκεσθαι. ἡ δὲ λιπαρὰ καὶ ἐν τῇ χροᾳ τε καὶ συστάσει καθάπερ ἔλαιον τὴν σάρκα καὶ τουτὶ τὸ οὖρον φθορᾶς

evomunt et bilem et ſputa et pituitam et acrem et atram bilem in melancholico morbo. Vomit autem alias quidem acre veluti acetum; alias vero ſputum et pituitam; alias denique bilem viridem. In opere quoque de morbis internis, *in peripneumonia venter murmurat et acidam pituitam vomuit.* In tertia quoque phthiſi interdum vomuit bilem, interdum pituitam. In morbis quoque craſſorum humorum propaginibus morbis appellatis, interdum vomuit acidam pituitam, interdum ſalſam. Haec autem erant pituitoſi et crudi humoris ſigna. * * * * Quaecunque igitur ipſius pars ad candidiorem colorem vergit, reſoluto luteo colore, humoris cruditatem indicat. Quia vero luteum adauctum ad flavum maxime accedit, bilioſum calorem prodit. At pingue urinarum ſedimentum una cum inaequali et bilioſo colore pinguedinem a febrili calore colliquari ſignificat. Pinguis autem et in colore et ſedimento oleo con-

σημεῖόν ἐστιν, ὅτι τὴν σάρκα συντήκουσα ἡ θερμασία μείζων ἐστὶ τῆς τὴν πιμελὴν ἀναλυομένης· πυρωδεστάτη γάρ ἐστιν ἡ θερμασία ἡ τὰς σάρκας συντήκουσα, μετριωτέρα δὲ ἡ τὴν πιμελήν.

κβ΄.

Τὰ περὶ τὰς γλώσσας αἰρόμενα συστρέμματα καὶ ταπεινὰ ἰόντα λιθίδια καὶ τὰ τοῖσι ποδαγρικοῖσι, τὰ ἀσθενέα παρ' ἄρθρα ἐκείνων ἐστὶ καὶ ὀστέων [171] φύσις καὶ τοῦ σκληρύνεσθαι τοῦτο αἴτιον καὶ τοῦ συντείνεσθαι.

Συστρέμματα καὶ συστροφαὶ τὰ φύματα καὶ σκληρίας σημαίνουσιν. ὁ γὰρ τῶν χυμῶν συναθροισμὸς τὰ φύματα γεννᾷ· οἱ δὲ ποδαγρικοὶ κατὰ πᾶν τὸ νευρῶδες γένος ἀσθενεῖς εἰσὶ καὶ τοῖς καταῤῥοις ἔνοχοι, μάλιστα δὲ τοῖς ἐκ τοῦ πληρουμένου τοῦ ἐγκεφάλου περιττώμασι. διὰ τοῦτο καὶ

ſimilis carnem. Haec urina corruptionis ſignum eſt, quod qui carnem colliquat fervor, vehementior eſt eo qui pinguedinem reſolvit. Maxime ſiquidem ignitus eſt qui carnes colliquat, moderatior autem qui pinguedinem.

XXII.

Quae in linguis exſurgunt ſyſtremmata aut globuli et humiles calculi concreſcunt et quae podagricis ad imbecilles eorum articulos oriuntur, oſſium naturam conſequuntur. Etenim oſſium natura quod haec indurentur ac contendantur cauſa eſt.

Syſtremmata et ſyſtrophae tubercula et duritias ſignificant. Nam humorum congeries tubercula procreat. Podagrici autem in omni nervoſo genere aegrotant et catarrhis ſunt obnoxii, praecipue vero repleti cerebri excrementis. Quamobrem etiam in lingua tubercula naſcuntur, quae phlyctidas vocant. Hae vero ſunt et acidae et ſal-

Ed. Chart. IX. [171.]
περὶ τὴν γλῶσσαν φύματα γίνονται, ἃς φλυκτίδας καλοῦσιν. εἰσὶ δὲ τοῦ ἁλμυροῦ τε καὶ ὀξέος φλέγματος ἔκγονα. τὰ δὲ λιθίδια ὑπὸ τῶν παχέων τε καὶ γλισχρῶν χυμῶν γίνεσθαι οὐδένα λανθάνει. χρόνῳ δὲ καὶ σκληρίας καὶ τόφους ποιοῦσι. τῶν δ᾽ ὀστέων ἡ φύσις οὖσα καθ᾽ ἑαυτὴν σκληρά τε καὶ ἀκαμπὴς δεῖται πολλῶν διαρθρώσεων πρὸς τὴν κίνησιν, ἅπερ ἴδια τῆς ἀρθρίτιδος ἀγγεῖα νομίζεται. γήϊνα γὰρ τὰ ὀστᾶ χυμόν τινα χρήζουσι, ἀλλὰ γλισχρόν τε καὶ παχὺν πρὸς τὸ οἷον δροσίζεσθαι. εἰ δὲ καὶ χυμός τις παρὰ φύσιν προσέλθῃ, γίνονται πρὸς τὴν κίνησιν ἐπιτήδεια. οἷς συμπτώμασιν εὐάλωτοι εἰσὶν οἱ ποδαγρικοὶ διὰ τὰς πολλὰς τῶν ποδῶν.

κγ΄.

Τὸ τῆς Ἱπποστράτου ἐκ τεταρταίου ἐνιαυσίου ἀπεκορύφου, ὑπόψυχρος φανερῶς δοκέουσα ἔφοδος ἐπὶ τῶν τὸ σῶμα καὶ ἱδρὼς ἐκρίθη ταύτῃ καὶ μετὰ ταῦτα γυναικεῖα πλείω

fae pituitae foboles. Lapillos autem ex craffis viscofisque humoribus procreari latet neminem; fed hi tempore et duritias et tophos conftruunt. Quum autem offium natura per fe dura et immota fit, multis indiget ad motum articulationibus, quae propria arthritidis conceptacula cenfentur. Terrea namque offa quendam humorem requirunt, fed vifcofum et craffum, ut quodammodo irrorentur. Quod fi quis humor praeter naturam accefferit, ad motum non funt idonea. Quibus fymptomatis obnoxii valde funt podagra laborantes propter multas pedum motiones.

XXIII.

Hippoftrati uxori hypochondrii finiftri tumor ex annua quartana in faftigium fublatus eft, quum frigidula palam effe videretur, oborto frigoris in univerfum corpus impetu et fudore ipfa judicata eft, ac poftea menfes

Ed. Chart. IX. [171. 172.]

πλήθει καὶ χρόνῳ, τότε γὰρ ἀπεῖχε, μὴ ἑστάναι ἔδοξεν ἀπόστασις.

Τῇ Ἱπποστράτου γυναικὶ ἐκ μακροῦ τεταρταίου ἔπαρμα ἐγένετο κατὰ τὸ ἀριστερὸν ὑποχόνδριον. ὄντος γὰρ τοῦ σπληνὸς ὡς ταμιείου τινὸς τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ, ἐξ οὗ τεταρταῖος γίνεται πυρετὸς, οὐκ ἀλόγως τουτὶ τὸ ὑποχόνδριον ἐξώγκωται. καὶ μὴν ὄγκος δι' ἱδρώτων τε καὶ γυναικείων πολλῶν ἐκροῆς ἐκρίθη καὶ οὐκ ἔτι ἔδοξεν ἑστάναι. τὰ γὰρ γυναικεῖα ἀνάλογόν τι ἔχει τῇ αἱμοῤῥαγίᾳ, ἣ τοιαύτας λύειν τὰς ἀποστάσεις εἴωθεν. τὸν δὲ τεταρταῖον ἐνιαύσιον λέγει ἀντὶ τοῦ χρονίου, ὡς εἶπε κἂν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, τὸ τοῦ Δεξίππου μετὰ μάδισιν, οὐ πρόσω τοῦ ἐνιαυτοῦ τεταρταῖον.

ιη.

[172] *Ἐν τοῖσι σφύζουσιν αἱμοῤῥαγέσι σχῆμα εὐρύτερον*

tum copia tum tempore plures eruperunt, tunc enim supprimebantur, nec abſceſſus conſiſtere viſus eſt.

Hippoſtrati uxori ex diuturna quartana febre in ſiniſtro hypochondrio tumor obortus eſt. Quum enim lien tamquam humoris melancholici receptaculum ſit, ex quo quartana febris gignitur, non praeter rationem hoc hypochondrium intumuit. Et certe tumor tum per ſudores tum per copioſa muliebria ex fluxu judicatus eſt. Neque amplius muliebria deficere viſa ſunt. Muliebria namque quiddam habent haemorrhagiae ſimile, quod hujusmodi abſceſſus ſolvere conſuevit. Quartanam porro febrem annuam pro diuturna pronunciat, ut etiam in ſexto epidemiorum protulit. Dexippi morbus poſt glabrationem non procul ab anno in quartanam converſus eſt.

XXIV.

In venis pulſantibus et ſanguinem fundentibus poſiturae

Ed. Chart. IX. [172.]

καὶ τὸ ξύμπαν εἰ ἐκ τοῦ πάντη καταντέος ἄναντες ποιοῖτο. διὸ καὶ αἱ ἀποδέσιες αἱ ἐν τῆσι φλεβοτομίῃσιν ὁρμῶσι, αἱ δὲ ἰσχυραὶ κωλύουσιν αἷμα.

Ἐν ταῖς φλεβοτομίαις εἰ διά τινα αἰτίαν ῥύσις ἐπέχητο, ὡς διὰ βιαίαν σφίγξιν, ταύτην ἀνετέον· εἰ δὲ διὰ τροπὴν τοῦ δέρματος ἐπεκαλύφθη ἡ τῆς φλεβὸς τομὴ, δι' ἀφύειαν τῆς ἐπιδέσεως, μετασχηματιστέον τὸν ἀγκῶνα παντοίως, καὶ ἐπὶ τὸ πρηνὲς καὶ ὕπτιον καὶ ἐκτεταμένον καὶ συνηγμένον, μέχρις ἂν ἐν τούτῳ τῷ σχήματι καταστῇ, ὡς τὴν ἔκροιαν ἐπακολουθῆσαι τῆς διαιρέσέως τοῦ ἀγγείου, κατ' εὐθὺ γινομένης τῇ τοῦ δέρματος διαιρέσει, μικρᾶς δὲ τομῆς ἐμβληθείσης ἐπιδιαιρετέον αὐτήν. ἐν δὲ τῇ λειποθυμίᾳ κατακειμένων ἀφαιρετέον καὶ τὸν στόμαχον σπαρακτέον καὶ τὰ ἄκρα διαδετέον. θρομβώσεως δὲ ἐνοχλούσης καὶ ἐπεχούσης τὴν ῥύσιν, δεῖ τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις τῶν δύο χειρῶν διαλύειν τὸν θρόμβον καὶ κατὰ συμπίεσιν

figura ampla et laxa ſit ac univerſi ſi prorſus ex declivi acclivis conficiatur. Quapropter quae in venarum ſectionibus deligationes fiunt, ſanguinis impetum promovent, validae vero ſanguinem prohibent.

In venarum ſectionibus ſi ob aliquam cauſam fluxus prohibeatur veluti ob violentam adſtrictionem, haec laxanda eſt. Si vero ob cutis converſionem ſectio obducta ſit, dimiſſa deligatione cubitus in varias poſituras figurandus eſt, pronam, ſupinam, extenſam, contractam, quousque in ea figura conſtituatur quae effluxus ſubſequatur vaſis ſectione e directo cutis diviſioni reſpondente. Quod ſi parva ſectio facta fuerit, vena iterum incidenda eſt. At in decumbentium lipothymia ipſa auferenda eſt, ſtomachus ad vomitum proritandus et extrema obliganda. Perturbante vero ſanguinis concretione fluxumque ſupprimente, grumus indicibus utriusque manus digitis diluen-

Ed. Chart. IX. [172.]
ἐκθλίβειν. εἰ δὲ διὰ ψύξιν ἢ διὰ ψυχρότητα τοῦ ἀέρος ἢ διὰ ψυχρὸν πάθος ἐπέχοιτο, πυριᾶν τὸ μέρος, καταιονᾶν, τρίβειν, λιπαίνειν καὶ ὅλως εἰς τὴν ἐναντίαν ἕξιν καθιστᾶν * * * * * * * * τὰς ἐπισχέσεις τοῦ * * * αἵματος * * * * * ἡγούμενοι δηλοῦσθαι * * * * φησιν ἐν τῇσι φλυζούσῃσι * * * σχῆμα εὐρετὸν οἱ πλείους μέντοι γράφουσιν * * * τὸ γὰρ φλυζούσῃσι σημαίνει βλυούσαις * * ὡς ἀληθῆ γράφειν εἶναι ταύτην * * * σχῆμα ἐπιτήδειον καλεῖ τὴν θέσιν τοῦ σώματος, ὥς φησιν ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν· τὰ σχήματα ῥηΐζοντα. καὶ πάλιν, ὅπου διδάσκει ἐν πλείονι τοῦ αἵματος ῥύσει πῶς τὸ αἷμα ἐπισχετέον, γράφει ὧδέ πως· αἵματος φλεβῶν στά-

dus et per compressionem excludendus. Quod si ob frigus aut perfrigerationem aëris aut frigidum affectum remoretur, pars fovenda, calefacienda, consopienda, fricanda, exercenda et prorsus in contrarium habitum adducenda * * * suppressiones * * * sanguinis * * * * patefieri existimantes * * * * Dicit in eructantibus mulieribus * * * * figuram elevatam plures quidem scribunt * * * * Illud enim eructantibus aquas effundentibus significat * * * * * ut vera sit scriptura. * * *
Figuram idoneam vocat corporis positaram, ut in sexto epidemiorum appellat figuras recreantes. Et iterum, ubi docet quomodo in uberiore sanguinis fluxu sanguis sedandus sit, hoc modo scribit: *Sanguinis venarum suppres-*

Ed. Chart. IX. [172. 173.]
σιες, λειποθυμία, σχῆμα, ἄλλη ἀπόληψις, μοτώματος συστροφὴ, πρόσθεσις, ἐπίδεσις * * *

κέ.

Τὸ ἔναιμον καὶ τὸ ὑπόχολον, ὀξυρεγμιῶδες, ἴσως δὲ εἰς μέλαιναν τούτοισι τελευτᾷν.

[173] Ὥσπερ αἱ διαφθοραὶ κνισώδεις ἐπὶ τοῖς θερμοτέροις τε καὶ χολωδεστέροις ἐδέσμασι συμπίπτουσιν, οὕτως αἱ ὀξώδεις ἐπὶ τοῖς ψυχροτέροις φύσει καὶ φλεγματωδεστέροις. ταὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν περιττωμάτων συμβαίνει ὀξώδεις μὲν ὅσα φλεγματικὰ καὶ ψυχρὰ, κνισώδεις δὲ ὅσα θερμὰ καὶ πικρόχολα. καὶ ἴσμεν ὅτι διά τε τὴν ψύξιν τῆς γαστρὸς οἱ ὀξυρεγμίαι γίνονται καὶ διὰ φλέγμα πολλάκις ἠθροισμένον ἐν αὐτῇ καὶ διὰ πλῆθος σιτίων, συμμέτρων μὲν αὐτῶν ὄντων, ψυχρῶν δὲ τῇ δυνάμει. ὅτι δὲ ῥαδίως τοιαύτη κρᾶσις εἰς μελαγχολικὰ νοσήματα πίπτει, τοῦτο ἐκ τῆς ῥαδίας γίνεται τῶν χυμῶν μεταβολῆς τε καὶ

ſiones, leipothymia, figura, alia retentio, linamentum contortum, admotio, deligatio.

XXV.

Sanguinem et aliquantulum bilioſum acidos ructus excitat. Fortaſſis autem ad atrae bilis orbum hiſce deſinet.

Quemadmodum pruriginoſae corruptiones calidioribus magisque bilioſis cibariis concurrunt, ſic acidae cum frigidioribus natura, magisque pituitoſis. Hoc idem et in excrementis accidit. Edulia namque acida quaecunque exhibentur, pituitoſa ſunt et frigida. Pruriginoſa vero, quae calida et bilioſa. Scimus etiam propter ventris frigus acidos ructus produci et ob pituitam in eo acervatam etiam ob ciborum copiam, commoderatis quidem ipſis exiſtentibus, facultate vero frigidis. Quod autem hujusmodi temperamentum in melancholicos morbos incidat,

Ed. Chart. IX. [173.]
διαδοχῆς, ὃ σημαίνει αὐτὸς ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἐπιδημιῶν, εἰπὼν, ὡσαύτως τὸ ἐπίχολον καὶ ἔναιμον σῶμα μελαγχολικὸν, μὴ ἔχον ἐξεῤῥύσιας * * *
τοῦτον μὲν οὖν χυμὸν ἐπικρατοῦντα ἄμεινόν ἐστι καὶ καθ' ὑγίειαν καὶ κατὰ νόσον καθαίρειν ὁσημέραι καὶ μὴ ἅπαξ ἀθρόον. καὶ γὰρ τὸ σῶμα τὴν κίνησιν εὐφορώτερον φέρει, καὶ αὐτὸς ὁ χυμὸς μειωθεὶς οὐ δύναται βλάπτειν τὸν ἄνθρωπον.

κστ'.

Ῥίγη ἄρχεται γυναιξὶ μὲν μᾶλλον ἀπὸ ὀσφύος διὰ νώτου ἐς κεφαλήν. ἀτὰρ καὶ ἀνδράσιν ὄπισθεν μᾶλλον ἢ τὰ ἔξωθεν τοῦ σώματος, οἷον πηχέων, μηρῶν. ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιόν. δηλοῖ δὲ ἡ θρὶξ τῶν ζώων.

Αὕτη ἡ ῥῆσις διὰ τῶν αὐτῶν λέξεων γέγραπται ἐν

hoc ex facili humorum tum mutatione tum ſucceſſione fit. Quod ipſe in epidemiorum ſexto his verbis ſignificat: *Eodem modo biliofum et ſanguineum corpus melancholicum, niſi evacuationes ſortiantur.* * *
Hunc porro praedominantem humorem ſemper purgare tum ſanis tum aegris confert, neque ſimul et ſemel universum. Etenim corpus motum facilius fert, isque humor imminutus hominem laedere non poteſt.

XXVI.

Rigores mulieribus a lumbis inchoant magis et per dorſum ad caput feruntur. Sed et viris poſteriore magis corporis parte, quam anteriore, ut cubitis et femoribus. Sed et rara cutis id comprobat. Prodit vero etiam animalium pilus.

Haec ſententia iisdem verbis in aphorismis ſcripta

Ed. Chart. IX. [173. 174.]
τοῖς ἀφορισμοῖς καὶ εἴρηται περὶ αὐτῆς ὥσπερ καὶ περὶ τριχῶν ἐν τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασιν.

κζ'.

Ἧισιν οὐδὲν ἔσω τοῦ τεταγμένου χρόνου, ἑκάστῃσι τὰ τικτόμενα ἀπόγονα γίνεται.

Ὕποπτος ἦν ἡ τῶν γυναικῶν ἀμέλεια τῷ Ἱπποκράτει, κατὰ τὸν τοῦ κυήματος καιρόν. πολλὰ γάρ εἰσιν αὐτῶν ἁμαρτίαι, ὥς ἐστιν ἡ παντὸς τοῦ βίου ἀκολασία τε καὶ ἀκράτεια, τὰ ἀφροδίσια, μεγάλα τῆς ψυχῆς πάθη, ἅλσιες προπετεῖς, φάρμακα πινόμενα καὶ τἄλλα πολλὰ, ἅπερ κίνδυνον ἐπιφέρει ἐν τάχει φθαρῆναι τὸ ἔμβρυον, τινὰ δ' ἄλλα ἐστὶ συμπτώματα ἢ ἀπὸ τοῦ ἀέρος καὶ τῶν αὐτοῦ καταστάσεων ἢ ἀπὸ τῶν τοῦ νοσήματος μεταβολῶν ἢ ἀπὸ διαῤῥοίας ἢ ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ [174] ἢ τῶν ἄλλων νοσημάτων ὁρμώμενα, ἃ πάντα βλέπειν δεῖ. μάλιστα δὲ ἐν τῷ τεταγμένῳ χρόνῳ, ὃν κατὰ τὸν ἕβδομόν τε καὶ ἔνατον μῆ-

est. Atque de ea, quemadmodum etiam de pilis, in libris de temperamentis proditum est.

XXVII.

Quibus intra constitutum tempus nihil mali accidit, his singulis partus vitales eduntur.

Hippocrati suspecta mulierum erat negligentia partus tempore, multa siquidem ipsarum errata sunt, ut et totius vitae intemperantia et incontinentia, res venereae, vehementes animi perturbationes, praecipites saltationes, pota medicamenta et alia multa quae celeris abortus periculum adferunt. Quaedam vero alia sunt symptomata aut ab aëre aut aëris constitutionibus aut a morbi mutationibus aut a diarrhoea aut a febre aut a caeteris morbis concitata, quae omnia spectanda sunt, praecipue vero stato tempore, quod tum septimo tum nono mense spe-

να σκεπτέον φαμέν. τὸ δ' ἀπόγονα σημαίνει γόνιμα, ὃ καὶ γόνον ἐν τῷ περὶ σαρκῶν καλεῖ, τὸ παιδίον φησὶν, ἑπτάμηνον γόνον γινόμενον, ἔνιοι δὲ ἤκουσαν τὰ * * * * ἀλλ' ὅμως * * *

κη'.

Τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν οἷσι μησὶ γίνεται.

Πολλὰ τὰς κυούσας ἐνοχλεῖ. σκέπτειν δὲ δεῖ πότερον ἐν τοῖς πρώτοις ἢ ἐν τοῖς ἄλλοις μησὶ ταῦτα συμβαίνει, ὡς εἰ τὰ γυναικεῖα ἐκρέῃ, ὄντος μὲν γὰρ ἔτι τοῦ κυήματος μικροῦ, ὅτι μικρᾶς δεῖται τροφῆς, τοῦτο οὐ πάνυ φοβητέον. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις μησὶ σφόδρα φροντιστέον κατὰ τὸ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς γεγραμμένον, ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύονται, ἀδύνατον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, καθάπερ οἱ πυρετοὶ ὀξεῖς καὶ τοιούτου τοῦ γένους νοσήματα, περὶ ὧν

ctandum esse dicimus. Haec dictio ἀπόγονον foetum significat, quod et γόνον in libro de carnibus vocat: puer, inquit, partus septimestris est editus. Nonnulli vero intellexerunt * * * verum tamen * * * *

XXVIII.

Apparentia quos in menses incidant videndum.

Multa praegnantibus negotium facessunt. Animadvertendum autem est, utrum haec primis et aliis mensibus accidant, ut si muliebria effluant. Existente siquidem adhuc parvo foetu, quod pauco indigeat alimento, non est valde laborandum. Caeteris vero mensibus maxime perspiciendum est quod in aphorismis scriptum patet: *Si mulieri utero gerenti purgationes prodeant, foetum esse sanum impossibile.* Praeterea vero multa sunt alia veluti acutae febres et hujus generis morbi, de quibus *

Ed. Chart. IX. [174.]

* * γράφεται δὲ καὶ τοῦτο, γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὑπό τινος τῶν ὀξέων νοσημάτων ληφθῆναι θανάσιμον.

κθ'.

Οἱ πόνοι ἐν περιόδοισι, ὅτι ἐν ἑβδομήκοντα κινέεται, ἐν τριπλασίοισι τελειοῦται.

Ἐμάθομεν οὐκ εἶναι τεταγμένον χρόνον ἐν τοῖς ἐμβρύοις οὔτε τῆς σαφοῦς διαπλάσεως οὔτε τῆς κινήσεως, ἀλλ' Ἱπποκράτης μὲν πολλαχοῦ περὶ τοῦ πράγματος λέγων, ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ὧδέ πως γράφει· οἱ πόνοι ἐν περιόδοισιν, ὅ τι ἐν ἑπτὰ κινέεται, ἐν τριπλασίῃ τελειοῦται, καὶ ὅ τι ἐν ἐννέα κινεῖται, ἐν τριπλασίῃ τελειοῦται. ἐν δὲ τῷ περὶ τροφῆς τόνδε τὸν τρόπον, εἰς τύπωσιν λε ἥλιοι, εἰς κίνησιν ο, ἐς τελειότ α σι. ἐκείνῃ γὰρ τῇ διαπλάσει, ἣν τύπωσιν καλεῖ, πέντ καὶ τριάκοντα ἡμέρας δίδωσι, τῇ

* * Scribitur etiam: *Mulieri utero gerenti acuto quodam morbo prehendi mortiferum.*

XXIX.

Labores per circuitus. Qui foetus septuaginta diebus movetur, eorum triplo perficitur.

Didicimus in foetibus non esse statum tempus neque manifestae conformationis neque motionis. Verum Hippocrates multis in locis de hac re loquutus sexto epidemiorum hoc modo scribit: *labores per circuitus*, quia quod septenario movetur, in triplicato perficitur et quod in novenario movetur, in triplicato absolvitur. In opere de alimento hoc modo loquitur: *ad conformationem triginta quinque soles; ad motum septuaginta, ad perfectionem ducenti et decem.* Illi enim conformationi, quam typosin vocat, triginta quinque dies concedit; motui vero

Ed. Chart. IX. [174. 175.]
δὲ κινήσει ἑβδομήκοντα, τῇ τελειότητι δὲ διακοσίας καὶ δέκα, καὶ οὕτως ὁ ἀριθμὸς τῶν ἑπταμηνιαίων λόγον κατὰ τὸν Ἱπποκράτην περιέχει. ἔοικε δὲ τοῦτο περὶ ἀρσένων λελέχθαι, διὸ προστίθησι τάδε. ἄλλοι φασὶν ἐς μορφὴν [175] με', ἐς κίνησιν οστ', ἐς ἔξοδον σι'. ὡμολόγηται γὰρ τὸν ἄρσενα τριάκοντα ἡμέραις, τὸ θῆλυ δὲ μβ' διαπλάττεσθαι. ἐν δὲ τῷ περὶ σαρκῶν ταυτὰ γέγραπται. ἔχει δὲ, φησὶ, τὸ ἑπτάμηνον γινόμενον τρεῖς δεκάδας ἑβδομάδων. ἐς δὲ τὴν δεκάδα ἑκάστην ἑβδομήκοντα ἡμέραι. τρεῖς δεκάδες δ' ἑβδομάδων αἱ σύμπασαι δέκα καὶ διακόσιαι. καὶ οὕτω μὲν γίνονται τὰ ἑπτάμηνα, καθάπερ τὰ ἐννεάμηνα ἐν διακοσίαις καὶ ἑβδομήκοντα ἡμέραις, ὡς ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐῤῥέθη. πῶς δὲ τοῦτο ἄλλοτε ἄλλως ποτὲ συμβαίνει γέγραπταί μοι ἐν τῷ περὶ διαπλάσεως κυουμένων καὶ ἐν τῷ περὶ σπέρματος.

ſeptuaginta, perfectioni denique ducentos ac decem. Atque numerus ſeptem menſium computationem ſecundum Hippocratem continet. Et hoc de moribus dictum eſſe videtur. Propterea haec apponit: *alii dicunt ad formationem quadraginta quinque, ad motum ſeptuaginta ſex, ad exortum ducentos et decem.* Conceditur enim marem triginta diebus, foeminam vero quadraginta diebus conformari. In libre de carnibus haec ſcripta ſunt: *Habent autem*, inquit, *foetus ſeptimo menſe editi tres hebdomadum decadas, in unaquaque vero deinde ſeptuaginta numerantur dies; tres vero decades hebdomadum ſimul univerſi decem et ducenti dies et ita ſeptimestres eduntur, quemadmodum novimeſtres ducentis et ſeptuaginta diebus*, ut in ſexto epidemiorum pronunciatum eſt. At quomodo hoc alias aliter accidat, a me libro de foetus conformatione et libro de ſemine explicatum eſt.

Ed. Chart. IX. [175.]

λ'.

Ὅτι μετὰ γυναικεῖα δεξιὰ, τὰ δ' ἀριστερὰ χάσκων ὑγρότης διὰ τῶν ἀπιόντων, διαίτης ξηροτάτης.

Αἱ μῆτραι καθ' ἕκαστον μῆνα φιλοῦσι καθαίρεσθαι. διὸ χάσκουσιν αὐτῶν οἱ κόλποι πρὸς τὰς τῶν περιττωμάτων ὁδοὺς καὶ γίνεται τὸ πρὸς Ἱπποκράτους λεγόμενον, ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκονται. ἀποσβέννυται γὰρ ὁ γόνος, ὃ συμβαίνει διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ὑγρότητα. αὐτὸς γοῦν ἐν τῷ περὶ φύσιος παιδίου εὐλόγως ταῦτα περὶ γυναικῶν γράφει, ἢν μὲν ἀποκένωται τοῦ αἵματος ἡ γυνὴ, λαμβάνει ἐν γαστρὶ, ἢν δὲ πλήρης ἔῃ, οὐ κενέων γὰρ τῶν μητρέων καὶ τῶν φλεβῶν τοῦ αἵματος, λαμβάνουσι πρὸς ἑωϋτὰς αἱ γυναῖκες τοὺς παῖδας· μετὰ γὰρ τῶν καταμηνίων τὴν κάθαρσιν αἱ γυναῖκες λαμβάνουσιν ἐν γαστρί. λέλεκται δὲ καὶ ἐν τῷ περὶ γυναικείων λόγος οὗτος αὐτῷ, ἔνθα φησὶν, ἢν μὲν οὖν καθαρά τε καὶ ἀκραιφνέα καὶ ἔναιμα γένηται, οὕτως ἴτω παρὰ τὸν ἄνδρα ἐν

XXX.

A menstruis dextra et sinistra dehiscunt. Humidum per prodeuntia diaetam siccissimam requirit.

Uteri singulis mensibus purgari solent. Propterea dehiscunt ipsorum sinus ad excrementorum vias et quod ab Hippocrate pronunciatum est accidit. *Quaecunque humidos habent uteros, non concipiunt.* Extinguitur enim semen, quod ob redundantem humiditatem accidit. Auctor ergo in libro de natura pueri jure haec de mulieribus scribit: *si sanguine mulier evacuata fuerit, gerit utero; si vero plena fuerit, minime. Vacuis enim uteris et venis sanguine concipiunt foetus mulieres. Nam post menstruorum purgationem mulieres in utero concipiunt.* Haec etiam ipsi oratio libro de morbis mulierum prolata est, ubi eloquitur: *enimvero si munda, purgata, illaesa et sanguine vacuata fuerit, sic ad virum accedat incipientibus menstruis, optimum vero desinentibus atque etiamnum*

Ed. Chart. IX. [175. 176.]

*ἀρχομένοισι τοῖσι ἐπιμηνίοισιν. ἄριστον δὲ ἐν ἀπολείπουσι καὶ ἔτι ἰόντων μᾶλλον ἢ ἀποφανέων καὶ ἔτι σαφέστερον, ἐπὴν ἀποκαθαρθῶσιν αἱ γυναῖκες, μάλιστα ἐν γαστρὶ λαμβάνουσι. ἡ σύλληψις γοῦν γίνεται μάλιστα ἄρτι πεπαυμένων τῶν καταμηνίων, ἡνίκα μάλιστα συλλαμβάνουσιν αἱ μῆτραι τὴν γονήν. οὐκ ἀρκεῖ δὲ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ πρὸς τὸ τὴν γόνιμον γένεσιν ἀποτελεσθῆναι δεῖ ὁμόφυλα εἶναι τὰ συνιόντα καὶ ζευγνύναι τοὺς ὁμόλογον κρᾶσιν ἔχοντας εἰς γένεσιν ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας. φασὶ δέ τινες ταῦτα γεγράφθαι αὐτῷ περὶ τῶν κατὰ τὴν κύησιν ἀῤῥένων τε καὶ θήλεων, ὡς τὸ ἄῤῥεν ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς μήτρας κυΐσκεσθαι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τῷ ἀριστερῷ * * * τινὲς δὲ τῶν νεωτέρων ἐξηγητῶν ἐτόλμησαν * * * * * * καὶ ποιῆσαι. περὶ δὲ τῆς ἀληθείας τοῦ δόγματος οὐ νῦν λέγειν καιρός. λέλεκται δὲ [176] ἐν τῷ * * ὡς καὶ περὶ τῆς ξηρᾶς διαίτης, τῆς πρὸς τὴν ὑγρότητα τῆς μήτρας ἁρμοζούσης.*

---

prodeuntibus magis quam evanescentibus et adhuc apertius poſtquam mulieres purgatae fuerint, maxime in utero concipiunt. Itaque conceptio fit potiſſimum ſedatis nuper menſtruis, ut maxime uteri genituram concipiant. At hoc non ſatis eſt, verum ad foecundam generationem perficiendam qui copulantur, eos ejusdem generis eſſe oportet, ſimile temperamentum ſortitos eosque viros et mulieres procreationis gratia conjugari. Quidam aſſerunt haec ab auctore de conceptione marium et foeminarum ſcripta fuiſſe. Quod in dextra uteri parte mares concipiantur, in ſiniſtra vero foeminae. * * * Quidam vero recentiores interpretes auſi ſunt * * * et facere. De dogmatis autem veritate diſſerendi non datur nunc occaſio. Dictum autem eſt in * * * * ut etiam de ſicca diaeta, quae uteri humiditati congruit.

Ed. Chart. IX. [176.]

λα'.

Ὅτι θᾶσσον κινηθὲν, διακριθὲν αὖθις αὔξεται καὶ βραδύτερον ἐπὶ πλείονα χρόνον.

Τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος οὐ μόνον θερμότερον, ἀλλὰ καὶ ξηρότερον ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχον, ἐλάττονι χρόνῳ διαπλάττεταί τε καὶ μορφοῦται. τὸ δὲ θῆλυ πλείονι. πρόδηλον γὰρ ὡς τῷ θερμῷ καὶ ξηρῷ θᾶττον μὲν ὀστοῦν πήγνυται, θᾶττον δ' ἀποτείνεται τὰ νεῦρα, θᾶττον δὲ αἱ φλέβες συριγγοῦνται καὶ τὰ ἄλλα πάντα διαπλάττεται μόρια καὶ ὅλον τὸ σῶμα σύντονόν τε καὶ ἕτοιμον εἰς τὰς κινήσεις γίνεται * * * * * * * αἱ δὲ καθάρσεις φοιτῶσι ταῖς πλείσταις ἐπί τινα χρόνον συνειληφυίαις· ἐπὶ μὲν θηλειῶν τριάκονθ' ἡμέρας μάλιστα, περὶ τετταράκοντα δὲ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων. ὅταν δὲ συλλάβωσιν, αἴσθησις ἐγγίνεται μάλιστα τοῖς λαγόσιν. ἐνίαις γὰρ γίνονται πληρέστερα εὐθὺς, ἐπὶ δὲ τῶν ἀῤῥένων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐν τῷ δεξιῷ μᾶλλον περὶ τὰς

XXXI.

Efformatus foetus quo celerius movetur, eo rurſum tardius ac diutius incrementum habet.

Quum maſculus foemina non ſolum calidior, verum et ſiccior ab ortu exiſtat, breviori etiam tempore delineatur conformaturque, foemina vero diuturniori. Conſtat enim in calido et ſicco citius quidem os compingi, citius vero nervos protendi venasque citius excavari et caeteras partes omnes conformari et univerſum corpus ad motus promptum et concinnatum reddi * * * * * * Purgationes autem prodeunt plurimis quodam tempore concipientibus, in conceptu foeminarum quidem trigeſimo praeſertim die, in marium vero conceptu circa quadrageſimum. Conceptus vero rei ſenſus potiſſimum ilibus ingeritur. Nonnullis enim derepente pleniora fiunt, maribus quidem ut plu-

Ed. Chart. IX. [176.]

ἑβδομήκοντα γίνεται ἡ κίνησις. τῶν δὲ θηλειῶν ἐν τῷ ἀριστερῷ περὶ ἐνενήκονθ' ἡμέρας. οὐ μὴν ἀλλὰ ἀκρίβειάν γε τούτων οὐδεμίαν ὑποληπτέον. πολλαῖς γὰρ τὸ θῆλυ ἐν δεξιῷ κινεῖται καὶ πολλαῖς ἐν τῷ ἀριστερῷ ἄῤῥεν. καλοῦνται δὲ ἐκρύσεις μὲν αἱ μέχρι τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν διαφθοραὶ, ἐκτρωσμοὶ δὲ αἱ μέχρι τῶν τετταράκοντα, καὶ πλεῖστα τῶν κυημάτων ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις διαφθείρεται. πᾶσαν δὲ τὴν τελείωσιν τῶν μορίων βραδύτερον ἀπολαμβάνει τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος. ὅταν δὲ γίνονται θᾶττον τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων καὶ νεότητα καὶ ἀκμὴν λαμβάνει καὶ γῆρας. ἐν δὲ τῷ σώματι κίνησιν παρέχεται μᾶλλον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος καὶ τίκτεται θᾶττον, τὰ δὲ θήλεα βραδύτερον, καὶ ἄλλοις μὲν ζώοις εἷς ὥρισται τοῦ τόκου χρόνος, ἀνθρώπῳ δὲ πολλοί. καὶ γὰρ ἑπτάμηνα καὶ ὀκτάμηνα καὶ ἐννεάμηνα γίνονται, ἀλλὰ καὶ δεκάμηνα. ἔνιαι δὲ ἐπιλαμβάνειν νομίζονται καὶ τοῦ ἑνδεκάτου μηνός. Ἱπποκράτης δὲ ἢ καὶ μαθητὴς αὐτοῦ Πόλυβος ἐν τῷ περὶ φύσιος παι-

rimum in dextris magis circa ſeptuageſimum diem fit motus, foeminis in ſiniſtris circa nonageſimum diem. Verum tamen accurata hujusce certitudo nulla conjicienda eſt. Multis enim mulieribus foemineus foetus in dextro, multis quoque in ſiniſtro maſculus movetur. Porro effluxus vocantur corruptiones quae per ſeptem dies effluunt. Abortiones autem quae ad quadraginta usque eveniunt; atque multi foetus hoc dierum ſpatio corrumpuntur. Totam vero partium perfectionem tardiorem foemina quam mas recipit. Quum autem foeminae quam mares celerius procreentur, hae quoque juventutem et florem et ſenectutem citius conſequuntur. Maſculus autem in corpore quam foemina majorem motum plerumque concitat et facilius paritur, tardius foemina. Atque caeteris quidem animalibus unum definitum eſt pariendi tempus, homini vero multa. Etenim ſeptimo, octavo et nono menſe eduntur, imo etiam decimo, nonnullae etiam undecimum attingere profitentur. Hippocrates autem aut etiam ipſius

Ed. Chart. IX. [176. 177.]

δίου φανερῶς ταῦτα εἶπεν ὧδε γράφων· τὸ μὲν θῆλυ τὴν πρώτην πῆξιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι καὶ δύο τὸ μακρότατον. τὸ δὲ ἄῤῥεν ἐν τριάκοντα ἡμέρῃσι τὸ μακρότατον, ὡς γὰρ ἐπὶ πολὺ συμβαίνει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἢ ὀλίγῳ μείονι ἢ ὀλίγῳ πλείονι ταῦτα διαρθροῦται. καὶ μετ' ὀλίγα, πολλαὶ δὲ γυναῖκες ἤδη [177] διέφθειραν κοῦρον ὀλίγῳ πρόσθεν τριάκοντα ἡμερῶν καὶ ἄναρθρον ἐφαίνετο. ὁκόσα δ' ὕστερον ἢ ἅμα τριάκοντα ἡμέρῃσι διηρθρωμένα ἐφαίνετο ἐόντα καὶ ἐπὶ τῇ κούρῃ κατὰ λόγον τὸν τεσσαράκοντα καὶ δύο ἡμερῶν, ὁκόταν διαφθαρῇ. καὶ προσέτι· αἴτιον δέ ἐστιν, ὅτι τὸ θῆλυ πήγνυται ὕστερον καὶ διαρθροῦται, ὅτι ἡ γονὴ ἀσθενεστέρη ἐστὶ καὶ ὑγροτέρη τῆς θηλείης ἢ τοῦ ἄρσενος. καὶ ἀνάγκη ἐστὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ὕστερον πήγνυσθαι τὸ θῆλυ ἢ τὸ ἄῤῥεν. αὕτη καὶ ἡ ῥώμη τε καὶ θερμότης ἐκ τοῦ σπέρματος θερμοτέρου τε καὶ παχυτέρου λαμβανόμεναι αἰτίαν παρέχουσι τῷ παιδίῳ ταχυτέρας τῆς κινήσεως, ὡς τὸ ἄῤῥεν τρίτῳ τῷ μηνὶ, τὸ θῆλυ δὲ τῷ τετάρτῳ κινεῖσθαι.

difcipulus Polybus libro de natura pueri haec his pronunciatis fcribit. Foemina quidem primam concretionem quadragefimo fecundo die ut longiffimo fufcipit, masculus vero trigefimo die ut longiffimo. Ut plurimum enim hoc tempore vel paulo breviori aut paulo diuturniori haec articulari contingit. Atque paulo poft: *multae mulieres jam infantulum corruperunt paulo ante trigefimum diem et inarticulatus apparebat.* Quaecunque vero poft trigefimum vel ipfo trigefimo die articulata effe videbantur et in puella fecundum diei quadragefimi fecundi computationem, quum corruptio fuerit. Et praeterea: caufa vero eft, quod foemina pofterius conformetur et articuletur, quod genitura imbecillior fit et humidior foemina mafculo. Qua ratione neceffe eft foeminam masculo pofteriorem conformari. Hoc autem robur et calor ex calidiori et craffiori femine accepta celerioris motus infanti caufam ita praebent, ut mafculus tertio menfe, foemina quarto moveatur. Quod et in eodem libro manifefte pro-

Ed. Chart. IX. [177.]
dictum eſſe ab Aſclepiade, Parios maximum conſequi a ſanguinis miſſione emolumentum. Abſurdum vero ſit, quoniam nihil de ſanguinis miſſione dixit Hippocrates: ideo aegro putare patriae adſcriptum eſſe nomen. Multo jam faciunt abſurdius hi interpretes, qui nunquam inveſtigaverunt cur in tanto numero aegrorum ſemel Hippocrates ſanguinis miſſionem meminerit, quod nos ſumus commentati. Quare iſtis repudiatis, quae juvenum intereſt audiviſſe, haec referemus. Verbi gratia, quod de urina ſcripſit oleoſa in praeſente aegro ſexto die: Nam quidam pinguem urinam ita cenſuit ab eo dictam eſſe, quae liqueſcente pinguedine per morbum fervidum et adurentem fit: nonnulli colore et craſſamento olei ſimilem. Equidem talem ſaepe urinam nullo aegri detrimento redditam conſpexi, immo vero interim plane e contrario ex morbi concoctione. Haud tamen eſt ita viſa prorſus, ut oleum pinguis urina. Nam ea quam modo narravi urina oleum

διῆλθεν, οὖρον ἐοικὸς ἐλαίῳ κατὰ χροιὰν καὶ σύστασιν, ἥκιστα λιπαρὸν φαίνεται, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἱπποκράτης ἐν προγνωστικῷ φησι, καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ἐφισταμένας ἀραχνοειδέας ἐπισκέπτεσθαι, συντήξεως γὰρ σημεῖον. ἄνωθεν μὲν οὖν ἐφισταμένας λιπαρότητας εἴδομεν πολλάκις. οὔτε δ' ὅλον οὐρηθέν ποτε τοιοῦτον οὖρον οὔτε κατὰ τὸ μέσον αὐτὸ λιπαρότητας ἐμφερομένας, πολὺ δέ τι μᾶλλον οὐδ' ὑποχωρούσας κάτω. φύσιν γὰρ ἔχει τὸ λιπαρὸν ἅπαν ἐποχεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ὑγροῖς. οὐ μὴν οὐδ' ἔγραψέ τι περὶ τοιούτων οὔρων ὁ Ἱπποκράτης ἐν προγνωστικῷ, καίτοι πάντα διελθὼν ἀκριβῶς τε καὶ σαφῶς τὰ συνεμπίπτοντα τοῖς ὀξέσι νοσήμασι. καὶ μέντοι καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τὴν στ' ἔφη διαχωρήματα γενέσθαι τῷ προκειμένῳ κατὰ λόγον ἀῤῥώστῳ, χολώδεα λιπαρά. ταῦτα μὲν οὖν ἄντικρυς φαίνεται τηκομένης ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ τῆς πιμελῆς γίνεσθαι καὶ δόξει μαρτυρεῖν τοῖς λιπαρὰ νομίζουσιν εἶναι τὰ ἐλαιώδη οὖρα. δύναται δὲ καὶ πρὸς τοὐναντίον ἄγεσθαι. καὶ γὰρ τὰ οὖρα λιπαρὰ πάντως ἂν ὁ Ἱπποκράτης

et colore et craffamento repraefentans, minime pinguis videtur. Et ipfe autem in praefagiis Hippocrates dicit; pinguitudines telis aranearum fimiles innatantes effe confiderandas, nam colliquationis funt figna. Nos vero pinguitudines fluitantes vidimus frequenter, verum nunquam excretam talem prorfus urinam, neque in medio pinguia pendere, quo minus fubfidere; nam ita eft comparatum natura omne pingue ut reliquis humoribus invehatur. Ac ne in praefagiis quidem Hippocrates verbum de his urinis fecit, quamvis omnia fit quae in acutos morbos cadunt, fedulo et aperte perfecutus. Jam etiam die eodem fexto aegrum dicit, de quo loco agimus, biliofa atque pinguia dejeciffe; quem videntur aperte liquanti pinguedinem febri effe confequentia. Atque videbitur iis, qui pinguem putant effe urinam oleofam, fuffragari: poteft autem ad contrarium etiam referri. Nam omnino Hippocrates urinas pingues diceret, fi quidem hae quoque

εἶπεν, εἴπερ ἦν καὶ ταῦτα ἐλαίῳ παραπλήσια. διαφόροις δὲ τοῖς ὀνόμασι χρησάμενος ἐπί τε τῶν οὔρων καὶ τῶν διαχωρημάτων ἐπιδείκνυσθαι δόξει καὶ τὸ σημαινόμενον αὐτῶν ἴδιον ἑκατέρου πεποιῆσθαι. ἐμοὶ μὲν οὖν εὐλογώτερον εἶναι δοκεῖ τὰ παραπλήσια κατὰ χρόαν τε καὶ σύστασιν ἐλαίῳ λελέχθαι νῦν ἐλαιώδη. τὴν δ᾽ ἐξήγησιν ἑκατέρως ποιήσομαι. εἰ γὰρ καὶ λιπαρότητά τινα εἶχε τὰ οὖρα, καθάπερ καὶ τὰ διαχωρήματα, μοχθηρὰ μὲν αὐτὰ νομιστέον, οὐ μὴν ὀλέθριά γε πάντως, ὅτι μὴ ταυτόν ἐστι σάρκα τε καὶ πιμελὴν συντήκεσθαι, πυρωδεστάτης μὲν οὔσης θερμασίας τῆς τὰς σάρκας συντηκούσης, μετριωτέρας δὲ τῆς τὴν πιμελὴν, ἀμέλει καὶ τὰς διὰ τῆς γαστρὸς ἐκκρινομένας συντήξεις ἅπαντες οἱ ἰατροὶ διαφέρειν ἡγοῦνται τῶν λιπαρῶν διαχωρημάτων. κατά γε τὸν ἐφ᾽ ἡμῶν γενόμενον μακρότατον λοιμὸν ἅπαντες σχεδόν τι συντήξεις ἐξέκριναν, ἔνιοι μὲν ἀκριβῶς πυῤῥὰς, ἔνιοι δὲ μετρίως, ἅπαντες δὲ δυσώδεις. ἀλλ᾽ αἵ γε τοιαῦται διαχωρήσεις θανατώδεις εἰσὶ καὶ χρόνον οὐκ ἀναμένουσιν. ὁ δὲ πάριος οὗτος κ᾽ ἐπὶ ταῖς

oleo fimiles funt. Jam cum diverfa in urinis et excrementis nomina ufurpaverit, innuere videbitur et fuam utrisque fignificationem illum tribuiffe. Mihi ergo probabilius videtur, urinas olei referentes colorem et craffitiem hic oleofas dici. Explanationem vero utroque modo faciam. Etenim fi pinguitudinem quandam habuiffent urinae, quemadmodum et dejectiones, fint illae cenfendae quidem pravae, at non omnino exitiales tamen; quod non perinde fit carnem colliquefcere ac adipem. Nam calor eft ferventiffimus qui carnem fundit; moderatior qui pinguedinem; nempe et colliquationes quae per ventrem excernuntur putant omnes medici a pinguibus dejectionibus diftare. In pefte quidem longiffima noftrae aetatis colliquationes cuncti prope excreverunt, quidam mere fulvas, quidam moderatius, omnes certe putidas. Verum enim vero eae excretiones letales funt, nec tempus perferunt. Parius autem hic viginti dies ultra cen-

ἑκατὸν ἡμέραις ἐνόσησε μετὰ τοῦ διαιτᾶσθαι κακῶς. αὐτὸς γὰρ ὁ Ἱπποκράτης ἔγραψεν ἐπ᾽ αὐτοῦ, σιταρίοισί τε πολλοῖσι καὶ φαύλοισι προσεχρῆτο, ὥστε καὶ λιπαρὸν οὐρῆσαι κατὰ τὴν στ′ ἡμέραν καὶ τὰς ἐφεξῆς. οὐκ ἀναγκαῖον οὖν ἀποθανεῖν αὐτὸν ἐν τάχει. εἰ δ᾽ οὐ λιπαρὸν ἦν τὸ οὖρον, ἀλλὰ κατά τε χρόαν καὶ πάχος ἐλαίῳ παραπλήσιον, ἔτι καὶ μᾶλλον οὔτ᾽ ἀποθανεῖν αὐτὸν ὅλως εὔλογον ὅσον ἐπὶ τοῖσδε τοῖς οὔροις. ὅ γε μὴν ἐπὶ τοῖς οὕτως οὐρουμένοις παρεφύλαξα χρησιμώτατον ὂν ἤδη φράσω. καθάπερ γὰρ αὐτὸ τὸ ἔλαιον οὐκ ἀκριβῶς μίαν οὔτε σύστασιν οὔτε χρόαν ἔχει, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὔτε τὸ ἐλαιῶδες οὖρον ὠχρὸν μὲν ἦν πάντως, ἀλλ᾽ ἤτοι μᾶλλον ἢ ἧττον. ὅσον μὲν οὖν αὐτοῦ πρὸς τὸ λευκότερον ῥέπει χρῶμα τῆς ὠχρᾶς χρόας ἐκλελυμένης ὠμότητα χυμῶν ἐνδείκνυται, τὸ δ᾽ ἐπιτεταμένον ὠχρὸν ὡς ἐγγὺς εἶναι τοῦ ξανθοῦ χολώδη θερμασίαν. καὶ τοίνυν ὁ κίνδυνος ἐπὶ τοῖς τοιούτοις οὔροις οὐ διὰ κακοήθειαν, ἀλλὰ διὰ σφοδρότητα γίνε- [293] ται τοῦ πυρετοῦ. καί τινες αὐτῶν ὅταν ἐκ τῶν ἄλλων ἀπάν-

tum aegrotavit, idque quum malam haberet rationem victus. Nam ipſe de eo Hippocrates ſcripſit: Et ferculis etiam multis vitiatisque utebatur, quo eſt factum ut pinguem urinam redderet die ſexto et proximis. Non erat ergo eum cito mori neceſſe. Quod ſi non fuit pinguis urina, ſed olei colore et craſſitie aſſimilis, ut ab urina omnino erat etiam probabilius hominem non moriturum. Sed quod in ejusmodi obſervavi urinis, rem multo utiliſſimam, jam proferam. Nam ut non eſt ipſum oleum exquiſite unius neque coloris neque craſſitudinis, ſic nec oleoſa urina; pallida quidem omnino exiſtens, ſed aut plus aut minus. Quidquid igitur ipſius ad candidiorem tendit colorem, exoluto colore pallido, humorum denotat cruditatem: quod vero vehementer pallidum eſt, ut ad flavum accedat, bilioſum calorem. Periculum igitur his urinis non ob malignitatem ſubeſt, ſed ob vim febris. Eorum aliqui ſi reliqua ſunt cuncta ſalubria ju-

των ἔχωσι σωτηρίως, ἐν τάχει κρίνονται. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν, εἰ ταῦτά τις οὐρήσας εἰς χρόνου μῆκος ἐξέπεσεν, ὁποτέρως ἂν ἀκούσωμεν τῶν (433) ἐλαιωδῶν. ἔστι μὲν γὰρ οὐκ ἀγαθὰ τὰ τοιαῦτα τῶν οὔρων, οὐ μὴν ὀλέθρια ὀξέως, ἐξ ὧν δ' ἐπὶ τῷ τέλει τῆς διηγήσεως ἔγραψε, κακοχυμία τέ τις ἦν τῷ Παρίῳ χολώδης, ἥ τε κατὰ γαστέρα καὶ ἡ καθ' ἧπαρ ἐνεκροῦτο δύναμις. αὐτὸς γὰρ ἔγραψεν ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ὅλης διηγήσεως τῶν συμβαινόντων αὐτῷ, συνεχῶς μὲν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὴν κοιλίαν ἐκταραχθῆναι, χολώδεσί τε καὶ ὑγροτέροις διαχωρήμασι, συνίστασθαι δ' ἐνίοτε ζέοντα καὶ ἄπεπτα διαχωροῦσαν. ἐκ τούτων μὲν οὖν ἔνδειξίς σοι τῆς κακοχυμίας τοῦ νοσήματος, ὥσπερ γε κἀκ τοῦ καυματώδη τε καὶ ἄγρυπνον αὐτὸν γενέσθαι κατὰ πλεῖστα τῆς νόσου. τοῦ δὲ νεκροῦσθαι τὴν φυσικὴν δύναμιν αὐτοῦ σημεῖον ἴδιον ἡ τοῦ νοσήματος ἀνορεξία γενομένη. μεμάθηκα γὰρ ὡς ἀποσίτους καὶ κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἀνορέκτους φησί. φαίνεταί γε μὴν ἄῤῥωστον ἐσχηκέναι τὴν φύσιν, ἐγχειρίσασαν μὲν τῇ κρίσει,

dicantur. Nihil habet ergo admirationis, fi in talibus urinis quis longo tempore morbum traxerit, utro modo oleofas accipias. Non enim funt illae quidem falubres urinae, non tamen magnopere perniciofae. Porro ex iis, quae in exitu fcripfit hiftoriae, pravitas humorum quaedam tenebat Parium biliofa et ventris jecinorisque extinguebatur facultas. Nam ubi finem imponit his narrandis, quae illi acciderunt, fcripfit perpetuo ufque ab initio turbatam alvum fuiffe dejectionibus biliofis et humidis: interim etiam fuppreffam fuiffe, ferventibus inconcoctisque dejectis. Hinc tibi humorum qui morbum induxerunt, liquet vitium. Itidem ex eo qui toto fere morbo comatofus fuit et infomnis. Jam quod extinguebatur naturalis facultas, ejus fignum proprium eft ipfa quae in morbo evenit inappetentia. Neque enim latet Hippocratem *ἀποσίτους* more antiquorum Graecorum eos qui appetentia carent appellare. Atqui videtur imbecilla fuiffe natura, quae judicium faepe moliretur, nihil tamen pro-

πολλάκις δὲ οὐδὲν ἀνύσασαν, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ νοσήματος νικηθεῖσαν, ἅμα καὶ τῷ κακῶς διαιτᾶσθαι τὸν ἄνθρωπον. οὐδὲν γὰρ οὐδὲ τοῦτο μικρὸν εἰς ὄλεθρον· ὁ δὲ τῶν κρισίμων ἡμερῶν λόγος ἀκριβῶς κἀνταῦθα φαίνεται πεφυλαγμένος, ἁπασῶν τῶν κριτικῶν κινήσεων ἐπί τε τῶν ὑποστροφῶν ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις τῷ κάμνοντι γενομένων. ια' γὰρ ἐμνημόνευσε καὶ ιδ' καὶ μετὰ ταύτην ιζ' καὶ κ', ἐφ' ῇ δ' καὶ κ' καὶ λ' καὶ μ', ὑστάτης δὲ ἁπασῶν ρ' καὶ κ', ἐν ῇ φησὶν ἀποθανεῖν τὸν ἄνθρωπον. ὅπερ δ' ἐν τοῖς πρόσθεν εἶπον ἐρῶ καὶ νῦν, εἴ τις ἐλέγχοι τὰ εἰρημένα κακῶς τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον, ὡς μακρολόγως ψεχθήσεται. διὸ καθάπερ ἐπ' ἐκείνων ἕνεκα παραδείγματος μνημονεύειν τινῶν ἠναγκάσθην, οὕτω κἀνταῦθα ποιήσω. Σαβῖνος τοίνυν περὶ τῆς πατρίδος τοῦ κάμνοντος εἴ τι εἶπεν, ἔμπροσθεν ἐπεσημανάμην. ἃ δὲ περὶ ἐλαιώδους οὔρου, νῦν ἐρῶ. διαφέρει γὰρ οὐκ εἰς μικρὸν ἡ περὶ τούτου θεωρία, γράφει δὴ περὶ αὐτῶν κατὰ λέξιν ὧδε. τὸ οὖν ἐλαιῶδες τινὲς χολὴν λέγουσιν, ἀλλ' οὐκ ἔστι χολὴ, ἐπεὶ οὐδ' ἂν πάνυ ἦν

ficeret, fed morbo effet inferior: huc acceffit malus hominis victus, qui quidem non leve affert ad exitium momentum. At vero dierum decretoriorum ratio exacte et hic obfervata videtur. Omnes enim decretorii motus et recidivae in hosce dies aegro inciderunt. Etenim undecimi meminit et quartidecimi, a quo decimi et feptimi, poftea vigefimi et vigefimiquarti et trigefimiquarti, atque quadragefimi, poftremi omnium centefimi vigefimi, quo defunctum effe hominem ait. Quod vero dixi ante, non praeteribo hic. Si quis errores interpretum hujus libri refutet, in crimen incidet loquacitatis. Itaque ut illic quaedam fum exempli gratia referre compulfus, ita hoc loco faciam. Sabinus ergo quid de aegri patria attuerit, fupra indicavi. Quae vero de oleofa ille urina, hoc loco commemorabo: non parum enim refert hujufce rei confideratio. Itaque de ea in haec verba fcribit: oleofum igitur funt qui bilem dicant effe, verum non eft bilis, quandoquidem non ita effet perniciofum: nam bilis fre-

ὀλέθριον, πολλάκις γὰρ ἀπαλλάσεται χολὴ καὶ οὐδὲν παραλυπεῖ. ἕτεροι δὲ λέγουσι νεύρων καὶ ὀστῶν καὶ χόνδρων εἶναι τηκεδόνα, ἅπαντα γὰρ ταῦτα τούτου εἶναι τοῦ χρώματος. πεπλανημένοι δ' εἰσὶν οὗτοι οἱ τὸ χρῶμα τὸ ἐλαιῶδες ὅμοιον ὀστοῖς καὶ χόνδροις καὶ νεύροις φάσκοντες εἶναι. οὔτε γὰρ τοσαύτη γε παράτασις ἐγίνετο τῆς ζωῆς τῶν στερεῶν ἀναλυομένων, ἑκατοστῇ γὰρ καὶ κ' ἀπέθανε, οὔτε ἀπέθανέ τις τοιοῦτον οὐρήσας. καὶ μή ποτε διὰ τοῦτο ἀνεγράφη ὁ ἄῤῥωστος, ἵνα δείξῃ διὰ τοῦτο ὅτι οὐ χρὴ προσδοκᾶν θάνατον ἐλαιώδους ἀπορηθέντος, ἀλλὰ δυνατὸν τὴν ὀξύτητα καὶ χρόνον τινὰ διαρκέσαι, ἔπειτα τελευτῆσαι, ὥστε οὐδεὶς ἦν ἐλπὶς σωθήσεσθαι ὑπερβεβηκότα τὴν ὀξύτητα. ταῦτα προειπὼν ὁ Σαβῖνος ἐφεξῆς γράφει· τί οὖν ἐστι τὸ ἐλαιῶδες; ὥσπερ τῷ ἔξω πυρὶ τροφή ἐστι τὸ ἔλαιον, οὕτω καὶ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει πυρὶ ὁμοιουμένῃ τὸ στέαρ τῶν λαμβανομένων πεσσόμενόν ἐστι τροφή. τὸ οὖν ἐλαιῶδες οὖρον ἡ τροφή ἐστι τῆς φύσεως καὶ δηλοῖ ἀσιτεῖν τὴν φύσιν καὶ διὰ τοῦτ' ἄρ' ἀποθανεῖν, ὅτι μὴ τρέφεται ἡ φύσις. ἐχρό-

quenter exit, neque offendit quicquam. Alii nervorum, offium et cartilaginum dicunt liquationem effe, hujus enim coloris haec omnia effe. Sed falluntur ii, qui colorem oleofum offibus ferunt et cartilaginibus nervisque effe fimilem, neque etiam tanta fuiffet vitae protractio folidis partibus marcefcentibus. Vigefimo enim die fupra centefimum vita exceffit, neque periit quisquam tali urina reddita. An vero propterea potius hic eft aeger defcriptus, ut ideo oftendat oleofa reddita urina nullam effe mortis exfpectationem, fed aliquandiu fuftinere potuiffe acuitatem; deinde mortuum effe, itaque falutis fpem fuiffe nullam fuperata morbi acuitate. His praedictis Sabinus mox adjungit: quid eft ergo oleofum? Ut oleum ignem externum alit, ita noftrae naturae, quae affimilis eft igni, alimentum eft coctorum ciborum adeps. Proinde oleofa urina nutrimentum eft naturae, oftenditque naturam cibum non fentire, ideoque jam interiiffe, quia non nu-

[294] νισε δ' οὕτως εἰκότως διὰ τὸ μοῖραν καὶ μὴ πᾶσαν φέρεσθαι τῆς φύσεως τροφήν. αὕτη μὲν οὖν ἡ τοῦ Σαβίνου ῥῆσις, ἀξιοῦντος ὥσπερ τὸ ἐκτὸς τοῦτο πῦρ ἀπὸ τοῦ ἐλαίου τρέφεται, οὕτω καὶ τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν, ὥστ' ἔλαιον ἐστί ποτε τοῖς βουλομένοις ἑαυτοὺς ἀνατρέψαι, πρὸς τὸ καὶ κατὰ χρόαν μὲν καὶ σύστασιν ἐοικέναι τὸ ἐλαιῶδες οὖρον τῷ ἐλαίῳ, μήτε δὲ κατὰ τὴν λιπαρότητα μήτε κατὰ τὴν ὀσμὴν ἢ τὴν γεῦσιν. ἄξιον οὖν θαυμάσαι τῶν τὰ ἀλλότρια μὲν κακῶς ἐξελεγχόντων, ἀπερισκέπτως δὲ τὰ δόξαντα ἑαυτοῖς γραφόντων.

ογ'.

Ἐν Θάσῳ τὴν κατακειμένην περὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ἐκ τόκου θυγατέρα τεκοῦσαν, καθάρσεως οὐ γενομένης, πυρετὸς ὀξὺς, φρικώδης τριταίην ἔλαβε. ἐκ χρόνου δὲ πολλοῦ πρὸ τοῦ τόκου πυρετώδης ἦν, κατακλινὴς, ἀπόσιτος. μετὰ δὲ τὸ γενόμενον ῥῖγος ξυνεχέες, ὀξέες, φρικώδεες οἱ πυρετοί. ὀγδόῃ πολλὰ παρέκρουσε καὶ τὰς ἐχομένας

tritur natura. Longus vero hic morbus jure erat, quod pars tantum detraheretur, non universum naturae alimentum. Haec verba sunt Sabini, cujus est sententia: quemadmodum externus hic ignis oleo nutritur, sic insitum nobis calidum: itaque aliquando oleum est iis ex usu, qui corpus recuperare volunt, ad haec, ut colore et crassitie sit similis oleosa urina oleo, non pinguitudine tamen vel olfactu vel gustu. Quare mireris sane hos, qui quum aliena male reprehendant, sua placita nullo judicio litteris produnt.

LXXIII.

Mulier quaedam quae apud frigidam aquam in Thaso aegrotabat, postquam filiam peperisset, nec esset purgata, tertio a partu die febre correpta est, acuta, horrida. Mulio tamen ante partum febriculosa decubuerat cibumque fastidierat. Ut riguisset, febres fuerunt continuae, acutae, horridae. Die octavo proximisque

καὶ ταχὺ πάλιν κατενόει, κοιλίη ταραχώδης πολλοῖσι λεπτοῖσιν, ὑδατοχόλοις, ἄδιψος. ἑνδεκάτῃ κατενόει, κωματώδης δὲ ἦν, οὖρα πολλὰ, λεπτὰ καὶ μέλανα, ἄγρυπνος. εἰκοστῇ περιέψυξε καὶ ταχὺ πάλιν ἀνεθερμάνθη. μικρὰ παρέλεγεν, ἄγρυπνος τὰ κάτω κοιλίης ἐπὶ τῶν αὐτῶν, οὖρα ὑδατώδεα, πολλὰ, εἰκοστῇ ἑβδόμῃ ἄπυρος, κοιλίη ξυνέστη. οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον ἰσχίου δεξιοῦ ὀδύνη ἰσχυρὴ χρόνον πολὺν, πυρετοὶ πάλιν παρείποντο καὶ οὖρα ὑδατώδεα. τεσσαρακοστῇ τὰ μὲν περὶ τὸ ἰσχίον ἐπεκούφισεν. βῆχες δὲ ξυνεχέες, ὑγραὶ, πολλαὶ, κοιλίη ξυνέστη, ἀπόσιτος, οὖρα ἐπὶ τῶν αὐτῶν. οἱ δὲ πυρετοὶ τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἐλλείποντες, πεπλανημένως δὲ παροξυνόμενοι, τὰ μὲν, τὰ δὲ οὔ. ἑξηκοστῇ αἱ μὲν βῆχες ἀσήμως ἐξέλιπον. οὔτε γάρ τις πτυάλων πεπασμὸς ἐγίνετο οὔτε ἄλλη τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις. σιαγὼν δὲ ἡ ἐκ τῶν ἐπὶ δεξιὰ, κατεσπάσθη, κωματώδης, παρέλεγε πάλιν καὶ ταχὺ κατενόει. πρὸς δὲ τὰ γεύματα ἀπονενοημένως

diebus multum deliravit, rediitque ſtatim ad mentem, alvus turbata multis tenuibus et aquoſa bile miſtis, non ſitiebat. Undecimo mentis erat compos; ſed erat comatoſa; urinae multae, tenues et nigrae, inſomnis erat. Vigeſimo aliquantum circumfrixit ſtatimque recaluit, nonnihil delirabat, inſomnis erat, alvus eadem erat: urinae aquoſae et multae malae. Vigeſimoſeptimo febre vacabat, ſubſtitit alvus: non multo poſt dextra coxendix graviter diu doluit; febres rurſus comitabantur et urinae aquoſae. Quadrageſimo coxendicis dolor remiſſus fuit, tuſſes vero aſſiduae, humidae, multae, alvus eſt repreſſa, cibum faſtidiebat; in urinis nihil eſt innovatum: at vero febres omnino non intermittebant, erraticae, nunc accedebant, nunc non. Sexageſimo tuſſes ſine ſignis evanuerant; neque ulla enim ſpatorum erat concoctio, nec alvi conſuetus abſceſſus, dextra maxilla detracta eſt, comatoſa, iterum deliravit ſtatimque reſipuit, ſed ad cibos averſo animo ſe habuit,

εἶχεν. ὁ σιαγὼν μὲν ἐπανῆκεν, ἡ κοιλίη δὲ χολώδεά σμικρὰ διέδωκεν, ἐπύρεσεν ὀξυτέρως, φρικώδης καὶ τὰς ἐχομένας ἄφωνος, καὶ πάλιν κατενόει καὶ διελέγετο καὶ ὀγδοηκοστῇ ἀπέθανε. ταύτῃ τὰ τῶν οὔρων διὰ τέλεος ἦν μέλανα καὶ λεπτὰ καὶ ὑδατώδη καὶ κῶμα παρείπετο, ἄσιτος, ἄθυμος, ἄγρυπνος, ὀργαὶ, δυσφορίαι, τὰ περὶ τὴν γνώμην μελαγχολικά.

Ἄξιον ἐπισημήνασθαι πῶς οὐδὲν εἶπον οἱ περὶ τὸν Σαβῖνον περὶ τοῦ παρὰ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ, ἐνὸν αὐτοῖς εἰπεῖν ὅτι (434) διὰ τοῦτο καταψυγέντι τῷ γυναίῳ νοσῆσαι συνέβη. πολλῷ γὰρ ἦν τοῦτο πιθανώτερον τῶν εἰρημένων εἴς τε τὸν Πάριον καὶ τὸν ἐν τῷ [295] κήπῳ κατακείμενον παρὰ τῷ Ἀρτεμισίῳ καὶ τὸν παρὰ τῷ τείχει κατοικοῦντα. φαίνεται δ᾽ οὖν ἐπισχεθείσης τῆς κατὰ τὸν τόκον καθάρσεως γενέσθαι τῇ γυναικὶ καὶ ἡ νόσος. νοσώδης μὲν γὰρ καὶ ἡ τῶν καταμηνίων ἐπίσχεσις. ἀλλ᾽ οὐχ ὁμοίως βλαβερὰ τῇ μετὰ τὸν τόκον, ὅτι μὴ μόνον αὕτη πλῆθος,

maxilla ad locum ſuum rediit, alvus bilioſa, pauca reddidit: acutius febricitavit, inhorruit ſequentibusque diebus obmutuit, rediitque ad mentem et eſt locuta. Octogeſimo obiit; urinae hujus perpetuo nigrae erant tenuesque et aquoſae, comaeque conſequebatur; cibum non ſumebat; animo erat dejecto, inſomnis, iracunda, implacida, animo melancholico.

Annotandum puto, qui factum ſit, ut nihil de hoc, apud frigidam aquam, Sabinus dixerit: quum ille dicere poſſet, hac de re mulierculam refrigeratam in valetudinem incurriſſe. Nam hoc multo erat probabilius iis, quae in Parium ſunt dicta et in eum qui in horto decumbebat et qui prope aedem Dianae, eumque qui propter novum murum habitabat. Itaque videbitur, ſuppreſſa e partu purgatione, incidiſſe mulier in morbum, quippe menſtruorum ſuppreſſio offendit, tamen non perinde ut ſi partu ſupprimantur, officit quod non abundantiam modo,

ἀλλὰ καὶ κακοχυμίαν ἱκανὴν ἐργάζεται. τὸ μὲν γὰρ χρηστότερον αἷμα τὸ ἔμβρυον ἕλκον εἰς ἑαυτὸ τροφῆς ἕνεκα, καταλεῖπον δὲ τὸ φαυλότερον, αἴτιον γίγνεται τῆς κακοχυμίας ταῖς κυούσαις, ἣν μετὰ τὸν τόκον ἡ φύσις ἐκκενοῖ. καὶ τοῦτ' ἐννοήσαντες οἱ παλαιοὶ, λοχίων κένωσιν τὴν γινομένην μετὰ τὸν τόκον ἔκκρισιν τοῦ αἵματος προσηγόρευσαν. ἔστι μὲν οὖν καὶ ἡ κατὰ μῆνα κένωσις οὐ μόνον κένωσις, ἀλλὰ καὶ κάθαρσις, οὐ μὴν οὔτ' ἴσον τὸ πλῆθος τῆς κακοχυμίας οὔτ' ἐν ἴσῳ χρόνῳ ταῖς μηνιαίαις ἀθροίζεται περιόδοις, ὅσον ἐν τῷ τῆς κυήσεως χρόνῳ. καὶ τοὔπίπαν δὲ μελαγχολικὸν αἷμα φαίνεται τὸ κενούμενον αὐταῖς εἶναι μετὰ τὸν τόκον, ὥστε καὶ τὰ οὖρα πάσαις ὁρᾶται κεχρωσμένα, καθάπερ ἀσβόλης τινὸς ἐμπεπτωκυίας αὐτῆς, ὅπερ ἀμέλει κἀπὶ ταύτης τῆς γυναικὸς ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ τῆς ια' ἡμέρας, εἰπὼν, οὖρα πολλὰ, λεπτὰ, μέλανα. καὶ οἶδά γέ τινα διὰ τοιούτων οὔρων πολλῶν ἐκκενωθέντων ὠφεληθεῖσαν, ἄλλοτε δὲ ταύτης οὐκ ἐξεκενώθη τὸ τοιοῦτον, μετέπεσε γὰρ ἂν αὐτοῖς εἰς τὸ ὑδατῶδες τὰ οὖρα

fed infignem etiam humorum pariat pravitatem. Nam meliorem fanguinem ad fe foetus nutrimenti caufa alliciens, relinquensque deteriorem, caufa eft ut praegnantes pravis humoribus impleantur, quos a partu evacuat natura. Quod quum majores animadvertiffent *λοχίων κένωσιν*, id eft puerperarum a partu vacuationem, excretionem fanguinis vocitaverunt. Eft vero etiam menftrua vacuatio non folum vacuatio, fed purgatio: verum non eft aequabilis tamen multitudo vitioforum humorum, neque pari fpatio menftruis circuitibus congeritur, quanta dum partum geret. In univerfum vero melancholicus apparet fanguis, quem a puerperio evacuant. Proinde etiam confpiciuntur urinae omnibus infectae effe, ut fi fuligo quaepiam in eas incidiffet. Quod utique Hippocrates et de hac fcripfit muliere, undecimo die, dicens, urinae multae, tenues, nigrae. Equidem quandam novi quam talibus urinis magna copia evacuatis, auxilium percepit. Alias non eft huic talis evacuata, nam in aquofa con-

πολλὰ, λεπτὰ, μέλανα. γέγραπται οὖν ἐν τῇ τῆς κ΄ ἡμέρας διηγήσει, οὖρα ὑδατώδεα, πολλὰ, κακά. εἶτα πάλιν ἐν τῇ μ΄ οὖρα ἐπὶ τῶν αὐτῶν. οὐ μὴν οὐδὲ ἄλλη τις αὐτῇ κένωσις ἢ ἀπόστασις ἐγένετο καὶ διὰ τοῦτο χρόνῳ πολλῷ νοσήσασα κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἡμέραν ἀπέθανεν. αὐτὸς γοῦν ὁ Ἱπποκράτης ἔγραψεν οὕτω. οὔτε γὰρ πτυέλων τὶς πεπασμὸς ἐγένετο οὔτ᾽ ἄλλη τις τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις, καίτοι πειραθείσης τῆς φύσεως εὐθέως τὸ περιττὸν ἀποθέσθαι περὶ τὸ ἰσχίον, ἀλλ᾽ ἔοικε παλινδρομῆσαι. καὶ ταῦτά φησι γοῦν τεσσαρακοστῇ. τὰ μὲν περὶ τὸ ἰσχίον ἐκούφισε, βῆχες δὲ συνεχέες ὑγραί. πολλάκις δὲ ἀκηκόαμεν ἤδη περὶ τῆς κοινωνίας τοῦ θώρακος πρὸς τὰ γεννητικὰ μόρια. τὰ μὲν οὖν κεφάλαια τῶν συμβάντων αὐτῇ ταῦτ᾽ ἐστί. τῶν δὲ κατὰ μέρος ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει γεγραμμένων τὰ μὲν ὑδατόχροα διαχωρήματα τινὲς μὲν διὰ τοῦ χ καὶ λ γράφουσιν, ἔνιοι δὲ διὰ τοῦ χ καὶ ο καὶ λ. καὶ λεπτὰ μὲν ὑπάρχειν αὐτὰ, καθάπερ καὶ τὸ ὕδωρ ἐστὶ λεπτὸν, ἐνδει-

verſae ſunt ei urinae multae, tenues, nigrae. Quare in vigeſimi diei ſcriptum eſt narratione, urinae aquoſae, multae, malae, poſtea quadrageſimo die in urinis nihil eſt innovatum. Quin nec aliam eſt illa vacuationem conſecuta, nec abſceſſum. Itaque poſtquam diu laboraſſet, octogeſimo die obiit. Nam ipſe ſic Hippocrates ſcripſit. Neque enim illa ſputorum erat concoctio: nec alius ſolitus abſceſſus, licet ſtuderet illico natura redundantiam ad coxendicem deponere, ſed haec videtur reciprocata; nam ille dicit, quadrageſimo coxendicis dolor remiſſus eſt; tuſſes vero aſſiduae, humidae. Enimvero ſaepius jam audivimus quod thoraci conſortium cum genitalibus ſit. Habes eorum quae huic mulieri acciderunt capita. De iis vero, quae in propoſita oratione ſunt ſeparatim ſcripta, alvi excrementa ὑδατόχολα, quidam per χ et λ ſcribuntur, quidam per χ et ο et λ; atque illa eſſe quidem tenuia, ut aqua eſt, nam tenue utrunque nomen indicat, caete-

κνυμένων ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων, ὑπηλλαγμένα δὲ κατὰ τὴν χρόαν, τὰ μὲν ὑδατόχλοα τῆς χλόης ἐμφαίνειν αὐτὰ, τὰ δ᾽ ὑδατόχολα τῆς χολῆς. καὶ τρίτη δ᾽ αὖ τις γραφὴ διὰ τοῦ χ καὶ ρ. ἡ ὕδατος χρόα, μήτ᾽ ἐν τοῖς παλαιοῖς μήτε ὅλως ἐν τοῖς ἀκριβέσιν ἀντιγράφοις εὑρισκομένη, φανερῶς τε οὖσα μοχθηρά. τὰ γὰρ ὑδατώδη τῶν οὔρων ἐν αὐτῷ τῷ τοιαῦτα λεχθῆναι καὶ τὴν σύστασιν ἐμφαίνει λευκὴν καὶ τὴν χρόαν λευκήν. ἐχρήσατο δ᾽ ἐν τῇ διηγήσει τῆς ἀῤῥώστου τῇδε κακοζήλῳ τινὶ λέξει ὁ Ἱπποκράτης, καίτοι ἅπαντα κατὰ τὸ βιβλίον ἡρμηνευκώς. γέγραπται δ᾽ οὖν ἡ λέξις οὕτως. πρὸς δὲ τὰ γεύματα ἀπονενοημένως εἶχεν, ὑπερβολὴν ἀνορεξίας καὶ τὸ πρὸς αὐτὰ μῖσος ἐνδεικνυμένης τῆς φωνῆς, ὅπερ, ὅτι τῶν μοχθηρῶν ἐστι σημείων, εἴρηται πολλάκις. ἄξιον θαυμάσαι καὶ πῶς οὐδὲν εἶπον οἱ περὶ τὸν Σαβῖνον εἰς τοὺς προκειμένους χαρακτῆρας ἑκάστῳ τῶν ἀῤῥώστων, ὑπὲρ ὧν ἐγὼ μὲν [296] ἱκανῶς ἐν τῷ β´ τῶν ὑπομνημάτων διελθὼν οὐκέτι δέομαι μνημονεύειν αὐτῶν. ὅ γε μὴν ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν ἀῤῥώστων προχειριζό-

rum colore diverſo, ὑδατόχλοα τῆς χλόης, id eſt graminis, reddere colorem, ὑδατόχολα τῆς χολῆς, id eſt bilis. Jam tertia etiam ſcriptura eſt per χ et ρ ὕδατος χρόα, id eſt aquae color, quae nec in antiquis et fidelibus exemplaribus reperitur, eſtque plane mendoſa. Nam aquoſae urinae ex nominis argumento et materiam repraeſentant tenuem et colorem album. Porro in hiſtoria hujus aegrae Hippocrates eſt affectata quadam abuſus dictione; alioqui clariſſime hoc libro omnia locutus. Scripſit ergo dictionem in hunc modum, πρὸς δὲ τὰ γεύματα ἀπονενοημένως εἶχεν, hoc eſt ſed ad cibos averſo animo ſe habuit, maximo appetitus defectu et eorum odio ex voce una indicato; quod ſignum eſſe pravum frequenter eſt dictum. Operae pretium eſt autem mirari cur nihil Sabinus de notis cuique aegro ſubditis dixerit: de quibus quia ſecundo commentario ſatis diſputavi, nihil eſt etiam quod hic de eis

μενος ἐξελέγχειν πειρᾶται τὴν μοχθηρίαν τῶν ἐξηγησαμένων αὐτούς.

οδ'.

Ἐν Θάσῳ Πυθίωνα, ὃς κατέκειτο τοῦ Ἡρακλείου, ἐκ πόνων καὶ κόπων καὶ διαίτης γενομένης ἀμελέος, ῥῖγος μέγα καὶ πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. γλῶσσα ἐπίξηρος, διψώδης, χολώδης, οὐχ ὕπνωσεν, οὖρα ὑπομέλανα, ἐναιώρημα μετέωρον, οὐχ ἵδρυτο. δευτέρῃ περὶ μέσον ἡμέρης ψύξις ἀκρέων. τὰ περὶ χεῖρας καὶ κεφαλὴν μᾶλλον. ἄναυδος, ἄφωνος, βραχύπνοος ἐπὶ χρόνον πολὺν, ἀνεθερμάνθη, δίψαι, νύκτα δι' ἡσυχίης, ἵδρωσε τὴν κεφαλὴν σμικρά. τρίτῃ ἡμέρῃ δι' ἡσυχίας. ὀψὲ δὲ περὶ ἡλίου δυσμὰς, ὑπεψύχθη σμικρὰ, ταραχὴ νυκτὸς ἐπιπόνως, οὐδὲν ὕπνωσεν. ἀπὸ δὲ κοιλίης ψυχρὰ, ξυνεστηκότα κόπρανα διῆλθε. τετάρτῃ πρωῒ δι' ἡσυχίης. περὶ δὲ μέσον ἡμέρης πάντα παρωξύνθη, ψύξις, ἄναυδος, ἄφωνος, ἐπὶ

faciam mentionem. Atqui ille in ſingulis aegris inſtituit et detegere conatur interpretum ineptias.

LXXIV.

In Thaſo Pythionem, qui ſupra Herculis fanum decumbebat, ex laboribus, laſſitudinibus, parum habita victus ratione, magnus coepit rigor et febris acuta; lingua inaruit, ſitibundus erat, bilioſus, non dormivit; urinae ſubnigrae, ſuſpenſio ſublimis, non ſubſidebat. Altero die ſub meridiem extremae partes frigebant, praeter caeteras manus et caput; obmutuit, voce defectus eſt, diu breviſpirus, rediit; nocte quievit, circa caput modicum ſudavit. Die tertio interdiu quievit; veſperi ſub ſolis occaſum aliquantum friguit, turbatio: nox laborioſa fuit, nihil dormivit; ab alvo pauca, compacta ſtercora deſcenderunt. Quarto mane quievit; ad meridiem omnia irritata ſunt, frigus, mutus, ſine voce, in

τὸ χεῖρον ἀνεθερμάνθη. μετὰ χρόνον οὔρησε μέλανα, ἐναιώρημα ἔχοντα, νύκτα δι᾽ ἡσυχίης ἐκοιμήθη. πέμπτῃ ἔδοξε κουφισθῆναι, κατὰ δὲ κοιλίην βάρος μετὰ πόνου, διψώδης, νύκτα ἐπιπόνως. ἕκτῃ πρωῒ μὲν δι᾽ ἡσυχίης, δείλης δὲ οἱ πόνοι μείζους παρωξύνθη. ἀπὸ δὲ κοιλίης ὀψὲ κλυσματίῳ καλῶς διῆλθε, νυκτὸς ἐκοιμήθη. ἑβδόμῃ ἡμέρῃ ἀσώδης, ὑπεδυσφόρει, οὔρησεν ἐλαιῶδες, νυκτὸς ταραχὴ πολλὴ, παρέλεγεν, οὐδὲν ἐκοιμᾶτο. ὀγδόῃ πρωῒ μὲν ἐκοιμήθη σμικρὰ, ταχὺ δὲ ψύξις καὶ ἀφωνίη, λεπτὸν πνεῦμα καὶ μινυθῶδες ὀψὲ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη, παρέκρουσεν. ἤδη δὲ πρὸς ἡμέρην σμικρὰ ἐκουφίσθη, διαχωρήματα ἄκρητα σμικρὰ, χολώδεα, ἐνάτῃ κωματώδης, ὅτε διεγείροιτο, οὐ λίην διψώδης. περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς ἐδυσφόρει, παρέλεγε, νύκτα κακήν. δεκάτῃ πρωῒ ἄφωνος, πολλὴ ψύξις, πυρετὸς ὀξὺς, πολὺς ἱδρὼς, ἔθανεν. ἐν ἀρτίῃσιν οἱ πόνοι τούτῳ.

---

deterius, calor rediit post paulo urinas nigras cum suspensione reddidit, nocte placide dormivit. Quinto relevatus visus est esse, ventrem tamen cum dolore gravitas tenuit; sitibundus. Noctem laboriosam habuit. Sexto mane quievit: ad vesperum dolores increverunt, exacerbatus est, vesperi indito clystere commode alvus reddidit, nocte dormivit. Septimo die fastidiosus implacidior erat, oleosum minxit, nocte est multum turbatus, delirabat, nihil dormiebat. Octavo mane aliquantum dormivit, moxque frigus eum cepit, ac vox eum defecit; spiritus exilis et imminutus; vesperi rursus calor rediit, deliravit; jam antelucano aliquanto levius habuit; dejectiones merae, paucae, biliosae. Nono quum excitaretur, comatosus erat, non valde sitibundus, sub solis occasum graviter tulit, deliravit; noctem incommodam habuit. Decimo mane sine voce, multum frigus, febris acuta, multus sudor, obiit, diebus huic paribus labores.

Καὶ τούτου πάνθ᾽ εὑρήσεις ἀπ᾽ ἀρχῆς τά τε συμπτώματα καὶ τὰ σημεῖα θανατώδη γινόμενα καὶ τοὺς παροξυσμοὺς ἐν ἀρτίαις, ὡς αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐπεσημήνατο, προσθεὶς τῇ τῆς ιβʹ ἡμέρας διηγήσει, καθ᾽ ἣν ἀποθανεῖν αὐ- (435) *τὸν ἔφη, ἐν ἀρτίῃσιν οἱ πόνοι τούτῳ. καὶ γὰρ ὁ θάνατος ὑποπέπτωκε τῷ γενικῷ σημαινομένῳ τῆς κρίσεως, ὡς ἐδείχθη. πεφύλακται δὲ κἀπὶ τούτου τοῦ ἀῤῥώστου τὸ τὰς κρίσεις γενέσθαι τοὐπίπαν, ἐν αἷς οἱ πόνοι μείζους. ἐν ἀρτίαις γὰρ αὐτῶν γενομένων ἠκολούθησε καὶ ὁ θάνατος ἐν ἀρτίᾳ. γέγραπται δ᾽ ἐν τῇ διηγήσει τῶν συμβαινόντων αὐτῷ δύο ταῦτα, δεόμενα ἐξηγήσεως. ἔστι δ᾽ αὐτῶν τὸ μὲν ἕτερον ἐπὶ τῆς ἀναπνοῆς, βραχύπνους μὲν ἐν τῇ* [297] *τῆς βʹ ἡμέρας διηγήσει γέγραπται. λεπτὸν δὲ πνεῦμα καὶ μινυθῶδες ἔσχεν ἐν τῇ ηʹ, ἔμαθες δ᾽ ἔν τε τῷ αʹ περὶ δυσπνοίας κἀν τῷ βʹ τῶν εἰς τὸ προγνωστικὸν ὑπομνημάτων, ἔνθα τὴν ῥῆσιν ἐξηγούμην τήνδε· πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν πόνον σημαίνει ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖσιν ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισιν, ὡς ἐστί τι σμικρὸν ἅμα καὶ*

Vel hujus offendes omnia ab initio ſymptomata et ſigna letalia fuiſſe et acceſſiones diebus paribus, ut ipſe indicavit Hippocrates, quum in decimi diei narratione, quo obiiſſe illum dicit, addidit, diebus huic paribus labores, etenim mortem generale judicii ſignificatum amplectitur, ut eſt oſtenſum. Jam ſervatum in hoc etiam eſt aegro ut judicia iis eſſent fere diebus, quibus graviores labores, nam quum in dies pares inciderent, mors quoque in die eſt conſecuta pari. Porro in narratione ſymptomatum hujus duo ſunt, quae interpretem requirunt, quorum in reſpiratione eſt alterum. Nam *βραχύπνους*, id eſt breviſpirus, eſt in diei ſecundi expoſitione ſcriptus: et ſpiritus exilis imminutusque in octavi enarratione. Didiciſti autem tum in primo de dyſpnoea commentario, tum ſecundo in praeſagia, ubi hanc dictionem ſumus interpretati: Spiritus ſi frequens ſit, dolorem ſignificat vel inflammationem ſupra ſeptum transverſum, par

ἀραιὸν πνεῦμα ψυχομένης καὶ νεκρουμένης ἤδη τῆς ζωτικῆς δυνάμεως γιγνόμενον, ὃ διά τινος τῶν χωριστῶν συμπτωμάτων ἐδήλωσεν εἰπὼν, ψυχρὸν δ' ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίγνεται. τοῦτο γοῦν ἡγητέον αὐτὸν καὶ νῦν εἰρηκέναι, κατὰ μὲν τὴν β' ἡμέραν βραχὺ, κατὰ δὲ τὴν η' λεπτὸν καὶ μινυθῶδες. ἔστι μὲν γάρ τι καὶ ἄλλο πνεῦμα βραχύ τε ἅμα καὶ πυκνὸν, ὀδύνην σημαῖνον, ὡς ἐδείκνυμεν, ἤτοι γε ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς μορίοις ἢ τοῖς παρεγκειμένοις αὐτοῖς. ἀλλ' ἐὰν ἀμφότερα παραβάλλῃς ἀλλήλοις, βραχύτερον πολὺ τὸν ἔξωθεν εἴσω ἑλκόμενον ἀέρα κατὰ τὸ ἕτερον εὑρήσεις, ὃν σμικρὸν ἅμα καὶ ἀραιὸν ἔφη γίγνεσθαι. τὸ γὰρ πρὸς τὸ βραχὺ πυκνὸν ἀναπληροῖ τῇ συνεχείᾳ τὸ καθ' ἑκάστην εἰσπνοὴν ἐνδεὲς, ὡς οἱ συνεχῶς πίνοντες βραχύ. καὶ γὰρ τούτων βραχυπότους ἐρεῖς ὅσοι καὶ βραχὺ καὶ διὰ πολλοῦ πίνουσιν. εἰ δέ τις βραχὺ μὲν, ἀλλὰ συνεχῶς πίνει, τοῦτον ἁπλῶς οὐκ ἂν εἴποις βραχύποτον, ἀλλὰ μετὰ βραχὺ πίνοντα. κατὰ τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον ὁ κυρίως ὀνομαζόμενος βραχύ-

vum esse quendam pariter et rarum spiritum, qui, quum refrigeratur et emoritur jam vitalis facultas fit: quod symptomate quodam inseparabili indicavit hisce verbis: si frigidum e naribus et ore expiretur, exitiale jam est admodum. Eundem puta eum hic dixisse, secundo die brevem, octavo exilem et imminutum. Nam quidam est alius praeterea spiritus brevis simul et frequens, dolorem denotans, ut demonstravimus aut in respirationis partibus aut illorum vicinis. Verum ambos si inter se compares, pauciorem multo foris aërem attrahi intro in altero offendes, quem parvum simul et rarum dixit fieri. Nam frequentia si ad brevitatem accedat, assiduitate defectum cujusque inspirationis resarcit, ut qui assidue bibunt modicum: siquidem hos *βραχυπότους*, id est modicum potantes, appellabis qui et parum bibunt et magno interjecto spatio. Nam si parum quis et assidue bibat, hunc simpliciter non *βραχύποτον*, sed *βραχὺ πίνοντα*, id est paulatim bibentem appellaveris. Haud aliter qui proprie brevispi-

πνους, καθ᾽ ἑκάστην εἰσπνοὴν οὐ βραχὺ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου τὸν ἔξωθεν ἀέρα διὰ τοῦ λάρυγγος ἐπισπᾶται. τάχ᾽ οὖν ζητήσεις κατὰ τί προειρηκὼς ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῇ α΄ τῶν ἡμερῶν πυρετὸν ὀξὺν γεγονέναι, τῇ β΄ βραχύπνουν ἔφη τὸν ἄνθρωπον εἶναι. δέδεικται γὰρ ἡμῖν ἐν τοῖς σφοδροῖς πυρετοῖς πνεῦμα μέγα καὶ πυκνὸν γενόμενον. φήσομεν ὅτι ἐν μὲν τῇ α΄ τῶν ἡμερῶν τὸ διὰ τοὺς σηπομένους χυμοὺς ἀναφθὲν πυρετῶδες θερμὸν αὐτὸ μὲν διεφορήθη, κατελείφθη δὲ τὸ ἔμφυτον μόνον ἀσθενὲς ὑπάρχον, ὡς ἤδη σβέννυσθαι, πρὶν αὖθις ἀναφθῆναι τὸ πυρετῶδες θερμὸν, οἷον ζεσάντων τῶν σηπομένων χυμῶν. ἡ β΄ τῶν ἡμερῶν ἤνεγκε τὸ τῆς ψύξεως σημεῖον. ἀπόδειξις δὲ τούτου μεγίστη. τηνικαῦτα γὰρ βραχύπνουν αὐτὸν γεγονέναι φησὶ καὶ κατεψύχθαι. γράφει γοῦν ἐπὶ τῆς δευτέρας ἡμέρας ὧδε. δευτέρῃ περὶ μέσον ἡμέρης ψύξις ἀκρέων τὰ περὶ χεῖρας καὶ κεφαλὴν μᾶλλον, ἄναυδος, ἄφωνος, βραχύπνοος ἐπὶ χρόνον πολύν. ἐπὶ δὲ τῆς η΄ πάλιν τάδε γράφει, η΄

rus vocatur, quoties fpiritum trahit, non parvum tantum, verum etiam intervallo longo interpofito, externum per guttur aërem attrahit. Quaeras ergo fortaffis cur quum Hippocrates primo die febrem praedixerit acutam fuiffe, altero die hominem brevifpirum fuiffe dixerit: nam nos in vehementibus febribus demonftravimus, magnum fpiritum et frequentem effe. Refpondemus, primo quidem die calorem per putrefcentes humores fuccenfum febrilem, ipfum quidem digeftum effe, relictum vero nativum tantum adeo jam infirmum, ut jam prius extingueretur quam febrilis de integro accenderetur calor, veluti fervefactis, qui computrefcerent, fuccis. Alterum vero diem frigoris dominantis attuliffe fignum. Cujus quidem eft maxima demonftratio, quod brevifpirum dicat tum hominem fuiffe et friguiffe. Nam de fecundo die ita fcribit, altero die fub meridiem extremae partes frigebant, praeter caeteras manus et caput, mutus, voce defectus, diu brevifpirus. Rurfus de octavo die haec tradit, octavo mane aliquan-

πρωῒ μὲν ἐκοιμήθη μικρὰ, ταχὺ δὲ ψύξις, ἀφωνίη, λεπτὸν πνεῦμα καὶ μινυθῶδες. ἔνθα μοι καὶ τούτῳ πρόσχες τὸν νοῦν, ὁπηνίκα κατεψύχθη μετὰ τῆς κακοπνοίας καὶ τὴν ἀφωνίαν αὐτῷ γεγονέναι φησὶ καὶ αὐτὴν εἰωθυῖαν πολλάκις ἐπὶ νεκρώσει τῆς φύσεως γίγνεσθαι. κατὰ τὴν δ' ἡμέραν ἡνίκα γράφει, ψύξις, ἄναυδος, ἄφωνος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἐμφαίνει διὰ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον προσθήκης καὶ τὸ βραχύπνουν αὐτὸν γεγονέναι. καταλείπεται τοίνυν ἐπὶ τούτου ἡμῖν ἐξηγήσασθαι διὰ τί προειπὼν ἄναυδος ἐπήνεγκεν ἄφωνος. ἔστι δὲ καὶ τούτου λόγος τοιοῦτος. τὴν αὐδὴν οὔτε πᾶν τὸ τῆς ἀκοῆς ἴδιον αἰσθητὸν οἱ παλαιοὶ φαίνονται καλοῦντες, οὔτ' ἐκεῖνο τὸ εἶδος αὐτοῦ μόνον, ὅσον ἐκπέμπεται κατὰ προαίρεσιν τοῦ ζώου διὰ τοῦ στόματος, ἐν ᾧ περιέχεται καὶ τὸ κλαίειν καὶ τὸ συρίττειν, οἰμώζειν τε καὶ βήττειν καὶ ὅσα τἄλλα τοιαῦτα, [298] μόνην δὲ τὴν ἀνθρώπου φωνὴν, καθ' ἣν διαλεγόμεθα πρὸς ἀλλήλους, αὐδὴν ὀνομάζουσιν. οὕτω γοῦν καὶ ὁ ποιητὴς ἡνίκα ἐποίησε τοῖς ἰδίοις ἵπποις διαλεγόμενον τὸν Ἀχιλλέα, τηνικαῦτά

tum dormivit moxque frigus coepit et vox eum defecit, ſpiritus exilis et imminutus: ubi mihi hoc quoque attende: Quum eſt refrigeratus, una cum vitiata reſpiratione voce eſſe eum defectum dicit, quod ſolet etiam interim extinctionem naturae comitari. In quarto die quum ſcribit, frigus, mutus, ſine voce, in deterius, oſtendit adjecto in deterius, etiam breviſpirum illum fuiſſe. Reliquum ergo eſt hic ut declaremus cur poſtea *ἄναυδος*, id eſt mutus addiderit, voce defectus. Cujus haec eſt ratio. Sermonem Graece *αὐδὴν*, nec orationem quando auditu proprie ſentitur, antiqui vocare videntur; nec illud ſpecies ejus ſit ſola, quod de anguſtia per animantis emittitur os, in quo continetur fletus, ſibilus, luctus, tuſſis et id genus alia; ſed unam hominis vocem, qua inter nos colloquimur, ſermonem, Graece *αὐδὴν* nominant. Itaque etiam poëta ubi ſuos equos alloquentem inducit Achillem, ibi

φησι τὸν ἕτερον αὐτῶν ἀμείψασθαι λόγοις χρησάμενον ἀνθρωπίνῃ διαλέκτῳ.

Αὐδήεντα, γάρ φησιν, ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

οὐχ ὡς ἄφωνον ὄντα πρότερον, οὐχ ὡς οὐκ ἔχοντα τὴν κοινὴν τῶν ἵππων φωνὴν, ἀλλ' ὡς οὐκ ὀνομαζομένην αὐδὴν ἐκείνην. οὕτως οὖν καὶ θεὸν αὐδήεσσαν εἴρηκε τὴν ἀνθρωπίνῃ διαλέκτῳ χρωμένην, ὅτι καὶ αὐτὴν ἀνθρωποειδῆ φασιν εἶναι μὴ πάντων τῶν θεῶν τοιούτων ὑπαρχόντων. ἐναργῶς γοῦν ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἄστρων ἀποκεχώρηκε πάμπολυ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἰδέας. καὶ ὁ Ἱπποκράτης οὖν ἄναυδον μὲν εἶπεν ἐπὶ τοῦ μὴ δυναμένου διαλέγεσθαι, τὸν δ' ἄφωνον ἐπὶ τοῦ μηδ' οἰμῶξαι μηδὲ βοῆσαι δυναμένου. δῆλον δέ ἐστι τὸ τοιοῦτον μοχθηρότερον εἶναι τῆς ὡς ἂν εἴποι τις ἀναυδίας. οἷς οὖν ἡ γλῶττα μόνη παραλέλυται, φωνεῖν μὲν μέγιστον ἐνίοτε δύνανται, διαλέγεσθαι δ' οὐ δύνανται. εἰ δὲ μηδὲ ἐκφωνεῖν οἷοί τε

alterum eorum ait refpondiffe lingua humana. Inquit enim;

Αὐδήεντα ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,

id eft:

Hunc regina loqui fecit dea candida Juno.

Non quod antea voce careret, neque communem equorum vocem haberet, caeterum quod non illam, quem fermonem Graece *αὐδὴν* appellant. Sic deam dicit loqui, quum humana uteretur lingua; quod eam etiam humana effe forma ferant, quum dii ejus figurae omnes non fint. Nam fol plane et luna reliquaque fidera longius ab humana forma receflerunt. Unde etiam Hippocrates obmutuiffe quidem dixit, quod loqui non valeret; voce defectum effe, quod nec lugere nec clamare; quod certe multo liquet effe deterius quam obmutuiffe; nam quibus fola eft refoluta lingua, poffunt interdum clamare altiffime, tamen loqui non valent; qui fi ne vocem quidem mittere queant, ex-

εῖεν, ἐσχάτης νεκρώσεως ἐστὶ τὸ τοιοῦτον γνώρισμα τῶν οὕτως ἐχόντων, μὴ οἰμωζόντων μήτε στεναζόντων μήθ᾽ ὅλως φθέγγεσθαι δυναμένων. Σαβῖνος δὲ καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις τὸν μὲν οὐδ᾽ ὅλως ἔχοντα φωνὴν οὐδεμίαν ἄναυδον εἰρῆσθαι νομίζει, τὸν δ᾽ ἄφωνον ἐν ἴσῳ τῷ ἀπόπληκτον ὑπὸ τοῦ Ἱπποκράτους γεγράφθαι φησὶν, ὥσπερ οὐ δυναμένου καλέσαι τὸν οὕτω διακείμενον ἀπόπληκτον. οὐ μὴν οὐδὲ τἄλλα τὰ κατὰ διάθεσιν εἰρημένα συνᾴδει τῷ γεγονέναι τὸν προκείμενον ἄῤῥωστον ἀπόπληκτον.

οε΄.

Ὁ φρενιτικὸς τῇ πρώτῃ κατακλιθεὶς ἤμεσε ἰώδεα, πολλὰ, λεπτὰ, πυρετὸς φρικώδης, πολὺς ἱδρὼς, ξυνεχὴς διόλου, κεφαλῆς καὶ τραχήλου βάρος μετὰ ὀδύνης, οὖρα λεπτὰ, ἐναιωρήματα σμικρὰ, διεσπασμένα, οὐχ ἵδρωσεν. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐξεκόπρισεν ἀθρόα, πολλὰ παρέκρουσεν, οὐδὲν ὕπνωσεν. δευτέρᾳ πρωῒ ἄφωνος, πυρετὸς ὀξὺς, ἵδρωσεν,

tremae est hoc extinctionis facultatis signum, ubi qui eo in statu sunt, neque lugent neque gemunt neque sonare omnino possunt. Sabinus, ita ut alii qui nullam omnino habet vocem, hunc arbitratur mutum esse dictum; voce vero defectum perinde ab Hippocrate ait scriptum esse ac attonitum, quasi vero ita affectum attonitum vocare non potuisset. Atqui nec reliqua, quae in hoc sunt affectu dicta, consentiunt, praesentem aegrotum attonitum fuisse.

LXXV.

Qui phreniticus primo die decubuit, aeruginosa multa tenuia vomuit; febris horrida prehendit; sudor copiosus, assiduus per universum corpus; capitis et cervicis gravitas cum dolore; urinae tenues, enaeoremata parva, dispersa; non sudavit. Ab alvo affatim stercora dejiciebantur; multum deliravit; nihil dormivit. Secundo mane vox defecit; febris acuta invasit; sudavit; non

οὐ διέλιπεν, παλμοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος, νυκτὸς σπασμοί. τρίτη παρωξύνθη πάντα, τετάρτη ἀπέθανεν.

Οὗτος ὁ ἄῤῥωστος ὀξυτάτης φρενίτιδός ἐστι παράδειγμα κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν εὐθέως συνεισβαλλούσης τῷ πυρετῷ καὶ πάντα γε ἐθεασάμην ἐντὸς τῆς ζ' ἡμέρας, ἀποθανόντας τοὺς οὕτω φρενιτίσαντας. ὀλίγοι δὲ πάνυ καὶ σπάνιοι ταύτην ὑπερέβαλον. ἄξιον δὲ θαυμάσαι τὴν τῶν τοιούτων νοσημάτων γένεσιν, ὅπως ἐξαίφνης [299] ἐπιτίθεται τοῖς ἀμέμπτως ὑγιαίνουσιν. οὐ γὰρ δὴ ὥσπερ ἐξαιφνίδιος ἡ γένεσις αὐτῶν ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ τῆς γενέσεως αἰτία, (436) καθάπερ εἰ καὶ φάρμακον ἔλαβε θανάσιμον ὁ ἄνθρωπος, ἤ τι τῶν χαλεπωτάτων θηρίων ἔδακεν αὐτὸν, ἀλλὰ κατὰ βραχύ πως ηὔξησαν ἐν τῷ σώματι τὴν τὰ τοιαῦτα πάθη δυναμένην αἰτίαν ἐργάσασθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν λυσσοδήκτων συμβαίνει. πρόδηλον γὰρ ὅτι κἀκείνοις οὐκ ἀργῶν οὐδ' ἡσυχάζων ὁ τοῦ κυνὸς ἰὸς, οὐδὲν ἑαυτῷ γνώρισμα παρέχει πολλῶν ἐφεξῆς ἐνίοτε μηνῶν. ἐξαίφνης δ' αὐτοῖς

intermiſit; palpitationes per totum corpus; nocte convulſiones. Tertio exacerbata ſunt omnia. Quarto obiit.

Acutiſſimae phrenitidis hic aeger eſt exemplum, primo ſtatim die una cum febre inceſſentis. Omnesque certe vidimus, qui quidem ita phrenitide perciti eſſent, intra ſeptimum diem mortuos eſſe; perpauci, hique rari, hunc ſuperarunt. Eſt vero eorum morborum admiranda generatio, quonam pacto commode valentes ſubito invadat. Neque enim ſicuti ipſorum generatio ſubita eſt, ita et generationis cauſa, ut ſi medicamentum homo letale ſumpſiſſet vel beſtia eum virulentiſſima momordiſſet: ſed pedetentim in corpore cauſae, quae ſunt excitandis hujuscemodi malis, creſcunt: quod morſis uſu venit a rabidis canibus. Nam apertum eſt quod canis venenum eſt, licet in morſis non ocietur nec conquieſcat, nullam ſui ipſius notam prodit multis interim proximis menſibus:

συμβαίνει θεασαμένοις ὕδωρ φοβηθῆναι, κἀντεῦθεν ἤδη διὰ ταχέων ἀπόλλυσθαι. πολλῷ μὲν αὐξανομένης χρόνῳ τῆς τὴν λύτταν ἐργαζομένης αἰτίας, ὅταν ἅπαξ εἰς τοῦτ᾽ ἀφίκηται ταχὺν ἐπιφερούσης τὸν θάνατον. σχεδὸν οὖν κἀπὶ τῆς νῦν εἰρημένης φρενίτιδος ἠθροίζετό τις ἐν τῷ σώματι μοχθηρὸς χυμὸς ἰῷ δηλητηρίῳ παραπλησίως, ἐναργῶν μέν τι κατὰ βραχὺ ἐπὶ τοῖς σώμασιν, οἷς ὁμιλῶν ἐτύγχανεν. ἐπεὶ δ᾽ ἐκεῖνα προδιετίθετό πως, ὅ τε χυμὸς αὐτὸς ἐπὶ πλεῖστον ηὐξήθη κακοηθείας, ἐξαιφνίδιον ἐφάνη θανατῶδες σύμπτωμα. καὶ γάρ τοι καὶ τῷ φρενιτικῷ οὕτω κατὰ τὴν ἀρχὴν εὐθέως ἔμετος ἰωδῶν ἐγένετο, πυρετοῖς ἑπομένοις ὡς τὸ πολὺ διακαέσιν. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν θανασίμων φαρμάκων ἀποθνήσκουσιν ἔνιοι δευτεραῖοι καὶ τριταῖοι, τῆς ποιότητος αὐτῶν, οὐ τοῦ πλήθους ἐργαζομένης τὸν θάνατον, οὕτω καὶ τὸν ἄῤῥωστον τοῦτον εὐθέως ἀποθανεῖν ἡγητέον τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν ὑπὸ τῆς ποιότητος τῶν ἰωδῶν χυμῶν, οὐχ ὑπὸ τῆς φρενίτιδος διαφθαρέντα, παρακολουθῆσαι δὲ αὐτῷ τὴν φρενῖτιν ὥσπερ τι σύμπτωμα. τεταρταίους μὲν

ſubito autem illis, quum viderint aquam, formido inceſſit poſteaque brevi moriuntur. Longo enim tempore cauſa, quae rabiem efficit, augetur: quae ubi eo tandem pervenerit, mortem affert repentinam. Item in hac phrenitide vitioſus in corpore humor coacervatus fuit, veneno letali aſſimilis, in corporibus vicinis aliquid paulatim agens; quae quando vitio jam aliquo pacto opportuna erant, humorque ipſe evaſerat malignissimus, letale repente apparuit ſymptoma. Namque ſic phreniticus initio ſtatim vomuit virulenta, quod febribus adurentibus fere eſt conſequens. Itaque ut veneno epoto letali quidam poſtridie vel tertio die moriuntur, qualitate ejus, non copia mortem afferente, et item hic quoque aeger ſtatim tertio die cenſendus eſt obiiſſe, a qualitate ſuccorum virulentorum, non a phrenitide peremptus: at phreniticis illum eſt ſubſecuta, ſymptomatis vice. Equidem quarto

οὖν καὶ πεμπταίους εἶδον ἀπολλυμένους ἐξ ἀρχῆς εὐθέως ἁλόντας, ὀξείᾳ φρενίτιδι, τριταῖον δ' οὐκ εἶδον, ὥσπερ οὐδὲ μέχρι τῆς κ' ἐκταθέντα. φαίνεται τοίνυν ὁ Ἱπποκράτης τοῦτον μὲν ὡς ὀξύτατα διαφθαρέντα δηλώσας ἡμῖν. ἕτερον δ' ὀλίγον ὕστερον ὡς παραλογώτατον χρονίσαντα, περὶ οὗ κατὰ τὸν οἰκεῖον λόγον ἐπισημανοῦμεν.

οστ'.

Ἐν Λαρίσσῃ φαλακρὸς μηρὸν δεξιὸν ἐπόνεσε ἐξαίφνης, τῶν δὲ προσφερομένων οὐδὲν ὠφέλει. τῇ πρώτῃ πυρετὸς ὀξὺς, καυσώδης, ἀτρεμέως εἶχεν, οἱ δὲ πόνοι παρείποντο. δευτέρᾳ τοῦ μηροῦ μὲν ὑφίεσαν οἱ πόνοι, ὁ δὲ πυρετὸς ἐπέτεινεν, ὑπεδυσφόρει, οὐκ ἐκοιμᾶτο, ἄκρεα ψυχρὰ, οὔρων πλῆθος διῄει οὐ χρηστῶν. τρίτῃ τοῦ μηροῦ μὲν ὁ πόνος ἐπαύσατο, παρακοπὴ δὲ τῆς γνώμης καὶ ταραχὴ καὶ πολὺς βληστρισμός. τετάρτῃ περὶ μέσην ἡμέρην ἔθανεν ὀξυτάτως.

---

die et quinto acuta a primo ſtatim correptos phrenitide vidi exanimatos eſſe, tertio non vidi, ſic ne vigeſimum diem attigiſſe. Quare hunc videtur Hippocrates ut velociſſime peremptum ob oculos nobis proponere: et alterum paulo poſt, qui praeter omnium expectationem vitam produxit, de quo ſuo loco diſſeremus.

LXXVI.

Calvo in Lariſſa femur dextrum derepente doluit, nihilque ex oblatis profuit. Primo die febris acuta, ardens ſenſim prehendit, doloresque concomitabantur. Secundo die femoris quidem dolores remiſerunt, ſed febris intenſa eſt, ſubmoleſte patiebatur, non dormiebat, ſumma corporis frigebant, urinarum non bonarum copia profluxit. Tertio femoris quidem dolor ceſſavit, verum mentis alienatio perturbatioque et multa jactatio acceſſerunt. Quarto circa meridiem celerrime defuncta eſt.

Τοῦτόν τις τὸν ἄῤῥωστον ἀναγνοὺς, ἐὰν μὴ προσέχῃ τὸν νοῦν ἀκριβῶς τοῖς εἰρημένοις, δῆλος ἔσται πρὸς ἅπαν ἄλ- [300] γημα προσχὼν οὔτε προπετῶς δειλὸς οὔτε θαῤῥαλέος ἀλογίστως. ἀλλ᾽ ὅταν γε ὁτιοῦν μέρος ἀλγῆσαι τύχῃ, πρῶτον μὲν ἐπίσκεψαι μή τι τῶν ἔξωθεν αἰτίων ἐγένετο. καὶ γὰρ ἐν κινήσεσί γέ τισι λεληθότως ἐβλάβησαν ἔνιοι καὶ καθ᾽ ὕπνον οὐκ ἐπιτηδείως ἐσχηματισμένον τι μόριον ἔχοντες, ἔν τε περιαγωγαῖς τισι καὶ περιστροφαῖς ἐξαιφνιδίοις τὰ μόρια ἐῤῥιγῶτα καὶ προκατεψυγμένα, σπάσμασί τε καὶ τίλμασιν ἁλισκόμενα, μεγίστας ὀδύνας φέρει, καθάπερ γε καὶ τὰ ῥήγματα πολλοῖς ἐπώδυνα γίνεται καὶ μᾶλλον ὅσοι ξηροὶ τὴν κρᾶσιν εἰσί. καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον, ἐὰν παρηβῶντες ἢ γέροντες ὦσιν. ὅταν οὖν μηδὲν τοιοῦτον φαίνηται τῆς ὀδύνης αἴτιον, ἑξῆς ἐπίσκεψαι τὴν προηγησαμένην δίαιταν, εἰ ἀργοτέρα παρὰ τὸ ἔθος ἐστὶν, ἢ σιτίοις ἐχρήσατο πλείοσιν ὁ ἄνθρωπος πολυτρόφοις, εἰ συνήθων ἐκκρίσεων ἐπίσχεσις αὐτῷ γέγονεν. εἰ γάρ τι τοιούτων ἢ καὶ παντάπασι φαίνεται πλῆθος αἴτιον τῆς ὀδύνης ἡγησάμενον,

Hoc lecto aegro, ſiquidem animum dictis diligenter non advertas, in quovis dolore timidus eris: ſi vero diligenter attenderis, non praecipitanter timidus eris, neque temere ſecurus. Sed ſi qua forte pars doleat, primum nunquid ob externam quandam cauſam evenerit animadvertas. Namque in motibus quibusdam imprudentes quidam laeſi ſunt: et dormiendo qui minus commode partem aliquam compoſuerint; in convertendoque et contorquendo ſubito partes rigentes et ante refrigeratae convulſionibusque et eliſionibus correptae dolores maximos creant. Et vero rupturae etiam quibusdam dolorem afferunt, prae caeteris qui ſicco ſunt temperamento, atque adeo magis, ſi inclinata aetate vel ſenes ſint. Quod ſi nulla talis doloris videatur cauſa eſſe, proximum eſt conſiderare quae praeceſſerit ratio victus, ecquid ignavior praeter inſtitutum ſit aut cibo ſit homo pleniore uſus, magni nutrimenti aut ſolitae illi excretiones ſubſtiterint. Nam ſi quid tale ſit aut ſi omnino plenitudo cauſa doloris ante-

ὅτι τάχιστα κένωσον τὸν ἄνθρωπον. οὕτω γὰρ ἐξέσται σοι μετὰ πάσης ἀσφαλείας τοῖς ἀποκρουομένοις τὰ ῥεύματα κατὰ τῶν ὀδυνωμένων χρήσασθαι μερῶν. εἰ δὲ πρὸ τοῦ κενῶσαί τι τούτων πράξεις ἀποστρέψεις εἰς τὰ κυριώτατα μέρη τὸ πλῆθος. οὐ μὴν οὐδὲ θερμαίνειν τε καὶ παρηγορεῖν ἐστὶ θαῤῥεῖν τὰ πονούμενα μόρια πρὶν κενῶσαι τὸ σῶμα. πολλάκις γὰρ εἰς ἅπαν ἐστὶ τὸ πεπονθὸς ἐκ τῶν τοιούτων βοηθημάτων ἕλκον τὸ πλῆθος, ὡς καθ' ἕτερον τρόπον ἐν κινδύνῳ γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἀμέτρως φλεγμήναντος τοῦ μέρους. εἴρηκε δὲ καὶ αὐτὸς, ὡς ἔμαθες, ἤδη περὶ τῶν τοιούτων ἀποστάσεων, ἃς ἤτοι μὴ δύνηται δέξασθαι τὸ μέρος ἢ δεξάμενον μὴ φέρειν. ἐὰν μέντοι ἐκ τῆς προηγησαμένης διαίτης ἐμφαίνηται μηδὲν εἶναι πλῆθος ἐν τῷ σώματι, τοῖς πρὸς τὰς ὀδύνας βοηθήμασιν ἀκίνδυνον χρῆσθαι πυρίαις τέ τισι καὶ φαρμάκοις ὑγροῖς καὶ θερμοῖς τὴν δύναμιν, ὧν τὴν ὕλην ἐν τοῖς περὶ τῶν φαρμάκων ὑπομνήμασιν ἔμαθες. εἰ δὲ πρὸς τοῦτο μὴ παύηται, κενωτέον ἐστὶν ὅλον τὸ σῶμα. πολλάκις γὰρ ἤθροισταί τι πλῆθος ἐν αὐ-

greffa videatur, quamprimum hominem vacuato; tum enim fecuriffime fluxiones reprimentia partibus dolentibus applicueris. Nam fi ante vacuationem id tentes, humorum abundantiam ad maxime principes partes retorquebis. Imo ne calefacere quidem et lenire ante corporis vacuationem partes dolentes licet: nam faepe ad partem affectam omnino, ob ea remedia, allicitur humorum affluentia; ita alterum homini difcrimen accedit, ubi nimium fit inflammata pars. Etenim etiam ipfe, ut jam nofti, verba fecit de iftis abfceffibus, quorum aut capax pars non fit aut fi fit, non ferat. Si nulla ex praecedente victus genere effe affluentia in corpore appareat, remediis ad dolorem facientibus tuto utaris licet, fomentisque ac medicamentis humidis et calidis facultate, quorum in commentariis de medicamentis materiam didicifti. Qui fi his non cedat, relinquitur ut totum corpus vacuetur. Etenim faepenumero in eo abundantia paulatim eft coacervata,

τῷ κατὰ βραχὺ σωρευθὲν, οὐ παρακολουθήσαντος ἑαυτῷ ἀνθρώπου τῇ τε ποσότητι καὶ ποιότητι τῶν ἐδεσμάτων. ἐνίοτε δὲ καὶ πυκνότερον ἑαυτοῦ τὸ δέρμα γενόμενον ἔκ τινων αἰτίων λαθόντων, τῶν ἱδρώτων ἐπισχὸν τὰς διαπνοίας, αἴτιον ἐγένετο πληθωρικῆς διαθέσεως. διὰ τοῦτο οὖν ἐὰν ἡ ὀδύνη μὴ παύηται πρὸ τῶν βοηθημάτων, κενωτέον ἐστὶν ὅτι τάχιστα τὸν κάμνοντα. τὸ τοίνυν ἐπὶ τοῦ φαλακροῦ οὐκ ἔχω συμβαλεῖν εἴτ' ἐφλεβοτόμησέ τις αὐτὸν εἴτε μή. ὅσον γὰρ ἐπὶ τῷ φάναι τὸν Ἱπποκράτην, τῶν δὲ προσφερομένων οὐδὲν ὠφελεῖ, δύναται λέγειν, ὁ μέν τις ὡς ἐν τοῖς προσφερομένοις καὶ τῆς φλεβοτομίας ἐμνημόνευσεν, ὁ δέ τις ὡς οὐκ εἴη τῶν προσφερομένων αὐτῷ βοηθημάτων. ὅσον δὲ ἐπὶ τῷ παρακόψαι τε καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἀποθανεῖν, ὅτι παρελείφθη τὰ βοηθήματα. προσγέγραπται δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ κατὰ τὰ διεσκευασμένα τῶν ἀντιγράφων καὶ τούτῳ τῷ ἀῤῥώστῳ καὶ τῷ μετ' αὐτὸν πρότερον μὲν τὸ ὀξὺ, μετ' αὐτὸ δὲ οἱ χαρακτῆρες, ὑπὲρ ὧν, ὡς ἔφην, οἱ μὲν περὶ τὸν Σαβῖνον ὀρθῶς φρονοῦντες οὐδὲν εἶπον, ὁ δὲ

ubi apud se ciborum homo non animadvertat neque quantitatem neque qualitatem. Aliquando vero etiam cutis se ipsa densior reddita ab aliquibus caussis hominem idiotam latentibus perspirationem cohibens, caussa evasit plethoricae affectionis. Quare dolorem si remedia non sedent, aeger primo quoque tempore est vacuandus. Ego vero in calvo hoc certe, detractus ei sanguis sit, nec ne, non habeo conjicere. Nam quatenus dicit Hippocrates, nihil ex iis quae offerebantur juvabat, possit aliquis dicere inter ea quae offerantur Hippocratem sanguinis missionem commemorasse. Alius dicat non esse de oblatis illi auxiliis, verum quia mente excidit in quatuorque diebus obiit, relicta auxilia esse. Porro ad finem in exemplaribus concinnatis tum huic aegro tum proximo est adscriptum, primum quidem, acutum, deinde vero notae illae, de quibus, ut dixi, prudenter Sabinus nihil dixit;

Ζεῦξις διελέγχει καθ' ἕκαστον ἄῤῥωστον τοὺς ἐξηγησαμένους μοχθηρῶς. ἀλλ' ἡμῖν ἔδοξε πάντα τὰ οὕτω προσγεγραμμένα παραλιπεῖν ἐν τῷ νῦν ἐνεστῶτι λόγῳ. γενήσεται γὰρ, ἐὰν δόξῃ, βιβλίον ἰδίᾳ ὅλον τοῖς καὶ τὰ τοιαῦτα πολυπραγμονοῦσιν ἡδέως, ἐν ᾧ περὶ τῶν ἐν ἅπασι τοῖς ἀῤῥώστοις προσγεγραμμένων χαρακτήρων ὁ λόγος ἔσται. νῦν δ' οὐ προσήκει τοῖς χρησίμοις ἀναμιγνύναι τὰ ἄχρηστα.

οζ.

[301] *Ἐν Ἀβδήροισι Περικλέα πυρετὸς ἔλαβεν ὀξὺς, συνεχὴς μετὰ πόνου, δίψα πολλὴ, ἄση, ποτὸν κατέχειν οὐκ ἠδύνατο, ἦν δὲ ὑπόσπληνός τε καὶ καρηβαρικός. τῇ πρώτῃ* (437) *ἡμοῤῥάγησεν ἐξ ἀριστεροῦ. πολὺς μέντοι ὁ πυρετὸς ἐπέτεινεν, οὔρησε πολὺ, θολερὸν, λευκὸν, κείμενον οὐ καθίστατο. δευτέρᾳ πάντα παρωξύνθη, τα μέντοι οὖρα παχέα μὲν ἦν, ἱδρυμένα δὲ μᾶλλον. καὶ τα περὶ τὴν ἄσην ἐκούφισεν, ἐκοιμήθη. τρίτῃ πυρετὸς ἐμαλάχθη, οὔρων πλῆθος, πέπονα, πολλὴν ὑπόστασιν ἔχοντα,*

at Zeuxis in unoquoque aegro malos interpretes reprehendit. Nobis vero adſcriptitia illa praeſenti ſermone viſum fuit praeterire: ſcribam enim, ſi viſum fuerit, iis, qui in iſtis libenter curioſi ſunt, ſeparatim integrum librum, ubi de notis cuique additis aegro ſermo habebitur; in praeſenti utilibus admiſcere non decet inutilia.

LXXVII.

Abderae Periclem febris acuta, continua cum dolore prehendit; ſitis multa; anxietas et potum continere non poterat. Erat ſubſplenicus et gravato capite. Primo die ſanguis copioſus ex nare ſiniſtra profluxit: vehemens tamen febris intendebatur: urinas copioſas reddidit, turbulentas, albas, quae ſedimentum non deponebant. Secundo exacerbata ſunt omnia. Urinae craſſae quidem erant, ſed magis ſubſidebant, et remiſſa eſt anxietas, dormivit. Tertio febris remiſſa eſt; urinae copioſae, concoctae multumque ſedimentum continentes:

νύκτα δι' ἡσυχίης. τετάρτη περὶ μέσον ἡμέρης ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ διόλου, ἄπυρος ἐκρίθη, οὐδ' ὑπέστρεψεν ὀξύ.

Οὗτος ὁ ἄῤῥωστος παράδειγμά ἐστι νοσήματος ὀξυτάτου, φοβεροῦ μὲν τοῖς μὴ τεχνίταις, ἐν τάχει δὲ κριθησομένου τοῖς ἐπιστήμοσιν. ὅπου γὰρ ὑπόσπληνος ὢν εὐθὺς μὲν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἡμοῤῥάγησεν ἐξ ἀριστεροῦ μυκτῆρος πολὺ, τὰ δ' οὖρα παχέα μὲν ἦν καὶ ἀκατάστατα, λευκὰ δὲ κατὰ τὴν χρόαν, ἐν δὲ τῇ β' τῶν ἡμερῶν ἱδρύετο, μᾶλλον ἐλπὶς ἦν ἀγαθὴ περὶ τὸν κάμνοντα, παυσαμένης δὲ καὶ τῆς ἄσης αὐτῷ κατὰ τὴν β' τῶν ἡμερῶν καὶ ὕπνων γενομένων, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐλπίσαι βεβαιότερον ἐν τάχει σωθήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον. ἐπὶ δὲ τῆς γ' ἡμέρας καλλίστων τε ἅμα καὶ πλείστων οὔρων γενομένων ἐναργὲς ἦν ἤδη τὸ κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν τοῦ νοσήματος ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς νόσου τὸν ἄνθρωπον.

---

noctem quietam habuit. Quarto ſub meridiem multum calidum per univerſum corpus ſudavit; ſine febre judicatus eſt, neque morbus acutus reverſus eſt.

Exemplum hic aeger eſt acutiſſimi morbi, horrendi illius quidem rudibus, caeterum brevi judicandi, prudentibus. Nam quum ſublienoſo primo ſtatim die de ſiniſtra nare copioſus erupiſſet ſanguis: urinae item craſſae eſſent et non conſiſterent et albo colore eſſent: tum altero die conſiſterent, melior erat de aegro ſpes. Ad haec ubi ſecundo die hominem faſtidium reliquiſſet et dormiviſſet, certior jam brevi fore hominem incolumem ſpes erat. At poſtquam tertio die eſſent optimae et copioſiſſimae urinae, clarum jam erat quarto die liberatum hominem iri morbo.

οη΄.

Ἐν Ἀβδήροισι τὴν παρθένον, ἣ κατέκειτο ἐπὶ τῆς εἰσόδου, πυρετὸς ὀξὺς καὶ καυσώδης ἔλαβε. ἦν δὲ διψώδης καὶ ἄγρυπνος, κατέβη δὲ τὰ γυναικεῖα πρῶτον αὐτῇ. ἕκτῃ ἄση πολλὴ, ἔρευθος, φοινικώδης, ἀλύουσα. ἑβδόμῃ διὰ τῶν αὐτῶν, οὖρα λεπτὰ μὲν, εὔχροα δὲ, τὰ περὶ τὴν κοιλίαν οὐκ ἐνώχλει. ὀγδόῃ κώφωσις, πυρετὸς ὀξὺς, ἄγρυπνος, ἀσώδης, φρικώδης, κατενόει, οὖρα ὅμοια. ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ τὰς ἑπομένας, οὕτως ἡ κώφωσις παρέμεινε. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα, ὁ πυρετὸς ξυνέδωκεν. ἑπτακαιδεκάτῃ διὰ τῶν ῥινῶν ἐῤῥύη πολὺ, ἡ κώφωσις σμικρὰ ξυνέδωκε καὶ καθ᾽ ἡμέρας τὰς ἑπομένας ἄση, κωφότης ἐνῆν καὶ παρά- [302] ληρος. εἰκοστῇ ποδῶν ὀδύνη, κωφότης, παράληρος, ἀπέλιπεν, ἡμοῤῥάγησε σμικρὰ διὰ ῥινῶν, ἵδρωσεν, ἄπυρος. εἰκοστῇ τετάρτῃ ὁ πυρετὸς ὑπέστρεψεν, κώφωσις πάλιν, ποδῶν ὀδύνη παρέμεινε, παρακοπή. εἰκοστῇ ἑβδόμῃ

LXXVIII.

Abderae virginem quae in facro templi veftibulo decumbebat, febris acuta et ardens prehendit. Erat autem fitibunda et pervigil: ipfi primum muliebria profluxerunt. Sexto die vehemens oborta eft anxietas, rubor, horror, jactatio. Septimo eadem perfeverarunt: urinae tenues quidem, fed probe coloratae: alvus non infeftabatur. Octavo furditas, febris acuta, infomnis, anxia, horrida, mentis compos; urinae eaedem. Nono ac proximis diebus eadem, permanfitque furditas. Decimoquarto mentis perturbatio, febris remiffio. Decimofeptimo multum e naribus effluxit, furditas nonnihil levata eft et fequentibus diebus anxietas, furditas aderat delirabatque. Vigefimo pedum dolor cepit et furditas et delirium reliquerunt; paucus ex naribus fanguis prorupit, fudavit; a febre liberata eft. Vigefimoquarto febris reverfa eft iterumque furditas; pedum dolor permanfit; delirium. Vigefimofeptimo copiofe fudavit; a

ἵδρωσε πολλὰ ἄπυρος, ἡ κώφωσις παρέλιπεν, ἡ τῶν ποδῶν ὑπέμεινεν ὀδύνη. τὰ δ᾽ ἄλλα τελέως ἐκρίθη.

Αὕτη φαίνεται πληθωρικῶς νοσῆσαι καὶ ὅσον γε ἐπὶ τοῖς ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτῇ προσπεσοῦσι κἂν ἔδεισέ τις ὥσπερ τεθνηξομένης. ἡ δὲ τῶν οὔρων εὔχροια μέγιστον σημεῖον ἐπὶ τοῖς πληθωρικῶς νοσοῦσι. ἐπεὶ δ᾽ οὐκ ἦν παχέα, χρονιωτέραν ἐδήλου τὴν νόσον ἔσεσθαι. φαίνονται δὲ ὥσπερ ἐπὶ πάντων τῶν ἀῤῥώστων οὕτως κἀνταῦθα τῶν κρισίμων ἡμερῶν περίοδοι σώζεσθαι, καὶ μέντοι καὶ ἡ φύσις ἐν αὐτῇ φαίνεται, κρίσιμα σημεῖά τε καὶ συμπτώματα προδεικνύουσα.

οθ'.

Ἐν Ἀβδήροισιν Ἀναξίωνα, ὃς κατέκειτο παρὰ τὰς Θρηικίας πύλας, πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε, πλευροῦ δεξιοῦ ὀδύνη ξυνεχὴς, ἔβησσε ξηρὴ, οὐδ᾽ ἔπτυε τὰς πρώτας, διψώδης, ἄγρυπνος, οὖρα εὔχροα, πολλὰ, λεπτά. ἕκτη παράληρος,

febre immunis, ſurditas reliquit, pedum dolor aliquantulum moratus eſt; in caeteris perfecte judicata eſt.

Ex humorum haec abundantia videtur aegrotaſſe et quantum portendebant prima ſymptomata, mortem certe huic timeres. Sed bonus urinarum color iis, qui humorum copia laborant, maximum eſt ſignum, quae quia craſſae non erant, fore longinquiorem morbum denunciabant. Porro ut in omnibus aegris et ita etiam videntur hic ſervati decretoriorum dierum eſſe circuitus. Jam natura quoque in hac decretoria ſigna et ſymptomata videtur praetuliſſe.

LXXIX.

Abderae Anaxionem ad Thracias portas decumbentem febris acuta prehendit; lateris dextri dolor continuus; ſicca tuſſivit, neque quicquam primis diebus expuebat; ſitibundus; inſomnis; urinae probe coloratae, copioſae,

πρὸς δὲ τὰ θερμάσματα οὐδὲν ἐνεδίδου, ἑβδόμη ἐπίπονος, ὁ γὰρ πυρετὸς ἐπέτεινεν, οἵ τε πόνοι οὐ ξυνεδίδοσαν, αἵ τε βῆχες ξυνώχλουν, δύσπνοός τε ἦν. ὀγδόῃ ἀγκῶνα ἔτεμον, ἐῤῥύη πολλὸν οἷον δεῖ, ξυνέδωκαν μὲν οἱ πόνοι, αἱ μέντοι βῆχες ξηραὶ παρείποντο. ἑνδεκάτῃ ξυνέδωκαν οἱ πυρετοὶ, σμικρὰ περὶ κεφαλὴν ἵδρωσεν, ἔτι βῆχες καὶ τὰ ἀπὸ πνεύμονος ὑγρότερα. ἑπτακαιδεκάτῃ ἤρξατο σμικρὰ, πέπονα πτύειν, ἐκουφίσθη, διψώδης ἦν καὶ τῶν ἀπὸ πνεύμονος οὐ χρησταὶ αἱ καθάρσιες. εἰκοστῇ ἵδρωσεν ἄπυρος, μετὰ δὲ κρίσιν ἐκουφίσθη. εἰκοστῇ ἑβδόμῃ ὁ πυρετὸς ὑπέστρεφεν, ἔβησσεν, ἀνῆγε πέπονα πολλὰ, οὔροισιν ὑπόστασις πολλὴ, λευκὴ, ἄδιψος ἐγένετο, ὕπνοι. τριακοστῇ τετάρτῃ ἵδρωσε διόλου, ἄπυρος, ἐκρίθη πάντα.

Ἐπὶ τούτου μόνου τοῦ ἀῤῥώστου ἐν τῷ α' τε καὶ τῷ γ' βιβλίῳ τῶν γεγραμμένων ἀῤῥώστων ἐμνημόνευσε φλεβο-

tenues. Sexto die deliravit. Ad fotus autem nihil remittebatur. Septimo dolores patiebatur, febris enim intendebatur, neque dolores remiſerant, tuſſesque vexabant, difficile ſpirabat. Octavo venam in cubito ſecui, multum ſane ſanguinis, prout decebat, effluxit. Dolores certe: verum tuſſes ſiccae perſeverarunt. Undecimo remiſit febris paucumque circa caput ſudavit: etiamnum tuſſes et quae a pulmone educebantur, erant liquidiora. Decimo ſeptimo coepit pauca cocta expuere, levatus eſt, ſitibundus erat et pulmonis aliquantulum probae erant purgationes. Vigeſimo ſudavit febre vacuus; poſt criſin levatus eſt. Vigeſimo ſeptimo febris reverſa eſt: tuſſivit, cocta multa eduxit, urinis ſedimentum copioſum, album, absque ſiti erat, ſomni acceſſerunt. Trigeſimo quarto per univerſum corpus ſudavit, febre ſoluta, prorſus judicatus eſt.

In hoc uno aegrorum primo et tertio libro deſcriptorum de ſanguinis miſſione Hippocrates fecit mentionem,

τομίας ὁ Ἱπποκράτης, οὐχ ὡς μόνου φλεβοτομηθέντος, ἀλλ' ὡς κατὰ τὴν ἡμέραν μόνου. καὶ τῶν ἰατρῶν ὥσπερ ἐκ νόμου τινὸς οὐκέτι μετὰ τὴν δ' ἡμέραν φλεβοτομούντων. ὅπου τοί- [303] νυν οὗτος ὀγδοαῖος ἐφλεβοτομήθη, πολὺ δή που ἄλλους ἡγητέον δεομένους φλεβοτομίας περὶ β' καὶ γ' καὶ δ' κεχρῆσθαι τῷ βοηθήματι. παρέλιπε δὲ ὁ Ἱπποκράτης ὥσπερ τῶν ἄλλων ἁπάντων βοηθημάτων, ἐφ' ὧν ἀναγκασθεὶς ἐνίοτε γράφειν μηδὲν αὐτοὺς ὑπὸ τῶν προσφερομένων ὠφελεῖσθαι χάριν τοῦ τὴν κακοήθειαν ἐνδείξασθαι τοῦ νοσήματος. οὐ γὰρ θεραπευτικὴν αὐτῷ προὔκειτο ταύτην γράψαι πραγματείαν, ἀλλὰ προγνωστικήν. ἐπί τινων δ' οὐδ' ἀπ' ἀρχῆς φαίνεται παραγεγονὼς τοῖς ἀῤῥώστοις. ἐνίοτε γοῦν προσγράφει τοῦτο διὰ τέλεος, ἐξ οὗ κἀγὼ οἶδα, τὸ δέ τι καὶ τότε συνέπεσε τελέως. τοῖς δὲ ἀγνοοῦσι (438) καὶ ἡ τούτων τῶν ἀῤῥώστων ὠφέλεια δέδεικταί μοι διὰ τοῦ α' περὶ κρίσεων, ἔνθα πῶς μὲν ἄν τις γνωρίσειε τὸ τελέως ἄπεπτον νόσημα, πῶς δὲ τὸ πέττεσθαι νυνὶ πρῶτον ἀρχόμενον, ὅπως δὲ τὸ προῆκον ἐν τῇ πέψει καὶ πῶς τὸ πλη-

ut non folo, cui fanguinem mififfet, fed ut octavo die folo: nam tum etiam medici quafi lege certa, ultra quartum diem venam non fecabant. Quando igitur huic octavo die miffus fanguis eft, multo certe plures cenfeas fanguinis miffionem requirentes, fecundo, tertio, quarto die auxilio hoc effe ufos. Reticuit autem Hippocrates, ficut remedia alia omnia: tamen neceffe interdum habuit fcribere nihil eos ab iis, quae offerebantur, adjutos fuiffe, ut malignitatem fuggereret morbi: neque enim lucubrationem hic curationis inftituit, fed praefagitionis confcribere. Nonnullis etiam aegris videtur non fuiffe ab initio praefto: quare adfcribit interim: huic perpetuo, poftquam ego ipfum vidi, hoc et hoc accidit exacte. Ego vero ignorantibus etiam horum aegrorum libro primo de judiciis praefcripfi ufum ubi quo modo inconcoctum exquifite morbum cognofcas, quomodo eum, qui jam primum maturefcit, quo pacto qui progreditur in concoctione, quem-

Ed. Chart. IX. [303.] Ed. Baf. V. (438.)

σίον ἤδη τῆς τελείας πέψεως ἐπειράθην ἐπιδεῖξαι σαφῶς· ὅ γ' οὖν Ἀναξίων οὗτος μέχρι μὲν οὖν βήττων ἦν, οὐδὲν δ' ἀπέπτυεν ὅλως, ἀπεπτοτάτην εἶχε τὴν πλευρῖτιν. ια' δ' ἡμέρᾳ πτύειν ἀρξάμενος ἐδήλωσε πέττεσθαι τὴν νόσον, ἔπειτα κατὰ βραχὺ τῷ χρόνῳ προϊόντι οὕτως ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης, κατὰ τὴν κζ' ἀνῆγε πέπονα πολλὰ, οὔροισιν ὑπόστασις λευκὴ καὶ διὰ τοῦτο τελέως ἐκρίθη τῇ λ' καὶ δ'.

π'.

Ἐν Ἀβδήροις Ἡρόπυτος κεφαλὴν ἐπιπόνως εἶχεν ὀρθοστάδην, οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον κατεκλίθη, ᾤκει πλησίον τῆς ἄνω ἀγωγῆς, πυρετὸς ἔλαβε καυσώδης, ὀξὺς, ἔμετοι τὸ κατ' ἀρχὰς πολλῶν χολώδεων, διψώδης, πολλὴ δυσφορίη, οὖρα λεπτὰ, μέλανα, ἐναιώρημα μετέωρον, ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δ' οὔ. νύκτα ἐπιπόνως, πυρετὸς ἄλλοτε ἀλλοίως παροξυνόμενος, τὰ πλεῖστα ἀτάκτως. περὶ δὲ

admodum qui jam perfectae concoctioni proximus eſt, dilucide ſtudui oſtendere. Ideoque Anaxion hic, cum ſemper tuſſiret nihilque plane expueret, inconcoctiſſima conflictabatur pleuritide. Quum vero die undecimo expuere coepiſſet, morbum ſignificat concoqui, deinde pedetentim tempore progrediente ita ſcripſit Hippocrates: in vigeſimoſeptimo die multa excreavit concocta, in urina multa ſubſidebant alba. Quamobrem trigeſimoquarto eſt prorſus judicatus.

LXXX.

Abderae Heropytus recto ſtatu incedens capitis dolore correptus eſt. Non multo vero poſt tempore decubuit. Is prope ſuperiorem viam habitabat, quem febris ardens acuta prehendit. Per initia bilioſa multa vomitu excluſa ſunt, ſiticuloſus, jactatio vehemens, urinae tenues, nigrae, quibus inerat enaeorema ſublime, interdum quidem, interdum vero non, nox laborioſa, interdum varie febris exacerbabatur et plurimum citra ordinem.

τεσσαρεσκαιδεκάτην κώφωσις, οἱ πυρετοὶ ἐξέτεινον, οὖρα διὰ τῶν αὐτῶν. εἰκοστῇ πολλὰ παρέκρουσε καὶ τὰς ἑπομένας. τεσσαρακοστῇ διὰ ῥινῶν ἡμοῤῥάγησε πολὺ καὶ κατενόει. μᾶλλον ἡ κώφωσις ἐνῆν μὲν, ἧσσον δὲ οἱ πυρετοὶ ξυνέδωκαν, ἡμοῤῥάγει τὰς ἑπομένας πυκνὰ καὶ κατ' ὀλίγον. περὶ δὲ τὴν ἑξηκοστὴν αἱ μὲν αἱμοῤῥαγίαι ἀπεπαύσαντο. ἰσχίου δὲ δεξιοῦ ὀδύνη ἰσχυρὴ καὶ οἱ πυρετοὶ ἐνέτεινον, οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον πόνοι τῶν κάτω πάντων. ξυνέπιπτε δὲ ἢ τοὺς πυρετοὺς εἶναι μείζους καὶ τὴν κώφωσιν πολλὴν, ἢ ταῦτα μὲν ὑφιέναι καὶ κουφίζειν, τῶν δὲ κάτω περὶ ἰσχία μείζους εἶναι τοὺς πόνους. ἤδη δὲ περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ξυνέδωκε μὲν πάντα, ξυνέλιπε δὲ οὐδέν. οὖρά τε γὰρ εὔχροα καὶ πλείους ὑποστάσιας ἔχοντα κατέβαινεν, οἱ παράληροί τε μείους ἦσαν. περὶ δὲ ἑκατοστὴν ἡ κοιλίη πολλοῖσι χολώδεσιν ἐπεταράχθη καὶ εἴη χρόνον οὐκ ὀλίγον πολλὰ τοιαῦτα. καὶ [304] πάλιν δυσεντεριώδεα μετὰ πόνου. τῶν δὲ ἄλ-

Sub decimumquartum ſurditas, febres extenſae ſunt, urinae eadem. Vigeſimo et proximis diebus multopere deliravit. Quadrageſimo multus e naribus ſanguis erupit, magisque mente conſtitit, inerat quidem, ſed minus ſurditas, remiſerunt febres. Sequentibus diebus crebro et paulatim ſanguis e naribus profluxit. Ad ſexageſimum ſanguinis eruptiones quidem ceſſarunt: verum iſchii dextri dolor ortus eſt, ac febres intendebantur, neque vero multo poſt inferiorum partium dolores exorti ſunt. Contigit autem aut febres majores et ſurditatem multam eſſe aut haec quidem remitti levarique, iſchii vero inferioris majores eſſe dolores. Jam vero ad octogeſimum remiſerunt quidem omnia, verum nihil dereliquit. Urinae ſiquidem boni coloris et copioſa ſedimenta continentes deſcenderunt et deliria ſunt imminuta. Circiter centeſimum alvus bilioſis multis perturbata eſt, nec pauco tempore talia multa procedebant, tandemque dyſenteria cum dolore vexavit, in aliis facilitas. In to-

λων ῥᾳστώνη. τὸ δὲ ξύνολον οἱ πυρετοὶ ἐξέλιπον καὶ ἡ κώφωσις ἐπαύσατο. ἐν ἑκατοστῇ τελέως ἐκρίθη καῦσος.

Οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἄξιος μνήμης ἐξαρκέσας νοσήματι χαλεπῷ διὰ τὴν εὐρωστίαν τῆς δυνάμεως. ἀδύνατον γὰρ ἄλλως ἀντισχεῖν ἰσχυρῷ πάθει. καὶ πάντως ἦν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αὐτοῦ ῥώμη τε ἅμα καὶ πάντα τἄλλα τὰ κατὰ τὴν φύσιν σωζόμενα. καί μοι λέλεκται καὶ ἄλλοτε παραλελεῖφθαι τὸ μέρος τοῦτο τῆς ἐπὶ τῶν πυρεττόντων προγνώσεως τῷ Ἱπποκράτει. φαίνεται δ' οὖν τῷ κάμνοντι καὶ τὰ περὶ τὴν ἀναπνοήν τε καὶ τὴν ὄρεξιν ἄμεμπτα γεγονέναι, μεγάλην ἔχοντα δύναμιν εἰς σωτηρίαν, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν. ὁ πυρετὸς δ' ἐν ἀρχῇ μὲν ὀξὺς εἰσέβαλεν, ἐξελύθη δ' αὐτοῦ κατὰ τὸν ἑξῆς χρόνον ἡ ὀξύτης. ἔγραψε δ' ἐπ' αὐτοῦ, πυρετοὶ ἄλλοτε ἀλλοίως, παροξυνόμενοι τὰ πλεῖστα ἀτάκτως. ἓν δὲ μόνον ἐγένετο χαλεπὸν τῷ κάμνοντι σημεῖον, ἡ τῶν οὔρων λεπτότης τε καὶ μελανότης. διὸ καὶ πολλῷ χρόνῳ μόγις ἡ φύσις ἐκράτησε τοῦ νοσήματος, αἱμοῤῥαγίαν

tum autem tum febres reliquerant, tum ſurditas deſiit. Centeſimo plane judicatus eſt. Febris erat ardens.

Hic vir memoratu dignus eſt, qui morbum gravem virium robore excepit, alioqui tanto morbo futurus impar. Et omnino pulſibus ejus inerat robur, ſimulque reliqua omnia ſecundum naturam conſtabant. Dixi vero et alibi Hippocratem praeteriiſſe hanc partem in febricitantibus praeſagitionis. Jam etiam reſpiratio videtur et appetitus laboranti inculpatus fuiſſe: quae magnae ſunt, ut ille ipſe docuit, ad ſalutem ponderis. At febris primo quidem acuta invaſit, verum ejus poſtea eſt acuitas retuſa. De qua ſcripſit Hippocrates: febris alias aliter exacerbabatur, ſed fere inordinate. Unum vero habebat aeger periculoſum ſignum, urinarum tenuitatem et nigritiem. Unde natura vix longo tempore morbum debellavit, ſanguinis concitata eruptione die quadrageſimo ex decretoriis

τε κινήσασα κατὰ τὴν μ' ἡμέραν ἐκ κρισίμων οὖσαν, ἰσχίου τε ὀδύνην καὶ τῶν κάτω πάντων ἐργασομένη μετὰ ταῦτα. δεῖται γὰρ τὰ μεγάλα τῶν νοσημάτων καὶ τῶν κρινόντων αὐτὰ γενναίων, ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ τούτῳ ἐπαύσατο τελέως ἡ νόσος. περὶ δὲ τὴν κ' ἡμέραν ἐφάνη σημεῖα πεττομένης αὐτῆς διὰ τῶν οὔρων, ἐφ' οἷς μετὰ βραχὺ μέχρι τῆς ρ' πεφθεῖσα τὴν παντελῆ λύσιν ἐποιήσατο.

πα'.

Ἐν Ἀβδήροισι Νικόδημον ἐξ ἀφροδισίων καὶ πότων πυρετὸς ἔλαβε. ἀρχόμενος δὲ ἦν ἀσώδης καὶ καρδιαλγικὸς, διψώδης, γλῶσσα ἐπεκαύθη, οὖρα λεπτὰ, μέλανα. δευτέρᾳ ὁ πυρετὸς παρωξύνθη, φρικώδης, ἀσώδης, οὐκ ἐκοιμήθη, ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, οὖρα ὅμοια, νύκτα δι' ἡσυχίης, ὕπνωσε. τρίτῃ ὕφῆκε πάντα, ῥαστώνη δὲ ἦν περὶ ἡλίου δυσμὰς, πάλιν ὑπεδυσφόρει, νύκτα ἐπιπόνως. τετάρτῃ ῥῖγος, πυρετὸς πολὺς, πόνοι πάντων, οὖρα λεπτὰ, ἐναιώρημα, παρέκρουσε πολλά. ἑβδόμῃ ῥαστώνη,

uno, coxendicisque dolore et omnium inferiorum partium, poftea creato: nempe enim magni morbi etiam quaerunt, quae judicent fe, egregia. At neque hoc plane eft difcuffus morbus, fed citra diem octogefimum figna eluxerunt ex urinis ejus maturationis: poftea ufque ad centefimum diem paulatim concoctus, omnino eft profligatus.

LXXXI.

Abderae Nicodemum ex venere et potu orta febris prehendit. Incipiens autem anxietate, cordolio et fiti vexatus: lingua exufta eft; urinae tenues et nigrae. Secundo die febris exacerbata eft cum horrore; anxius, nihil dormivit, vomuit biliofa flava; eaedem urinae, noctem quietam transegit; dormivit. Tertio remiffa funt omnia et adfuit tranquillitas: fub folis occafum aliquantulum jactatus eft; noctem molefte tulit. Quarto rigor invafit, febris multa, omnium dolores, urinae tenues, enaeorema,

ὀγδόῃ τὰ ἄλλα ξυνέδωκε πάντα. δεκάτῃ καὶ τὰς ἐπομένας ἐνῆσαν μὲν οἱ πόνοι, ἧσσον δὲ πάντες. οἱ δὲ παροξυσμοὶ καὶ οἱ πόνοι τουτέῳ διὰ τέλεος ἐν ἀρτίῃσιν ἦσαν μᾶλλον. εἰκοστῇ οὔρησε λευκὸν, πάχος εἶχε, κείμενον οὐ καθίστατο, ἵδρωσε πολλὰ, ἔδοξε ἄπυρος γενέσθαι. δείλης δὲ πάλιν ἐθερμάνθη καὶ οἱ αὐτοὶ πόνοι, φρίκη, δίψα, σμικρὰ παρέκρουσεν. εἰκοστῇ τετάρτῃ οὔρησε πολὺ λευκὸν, πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον, ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ διόλου, ἀπύρετος ἐκρίθη.

---

[305] *Καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐπεσημήνατο λέγων, οἱ παροξυσμοὶ καὶ οἱ πόνοι ἐν ἀρτίῃσι. διὰ τοῦτο γοῦν ἐκρίθη μετὰ τὴν κ' ἡμέραν ἱδρῶτι. τὰ δὲ κατὰ μέρος ὁ μεμνημένος ἁπάντων, ὡς ἔμπροσθεν ἐξηγησάμην ἔν τε τούτῳ τῷ βιβλίῳ καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ δυσὶ καὶ πρὸ τούτων τῷ προγνωστικῷ τε καὶ προῤῥητικῷ, δυνατὸς ἂν εἴη πάντ' ἐξευρίσκειν αὐτός.*

---

multum deliravit. Septimo levamentum. Octavo caetera omnia remiſerunt, ſequentibusque diebus dolores quidem tenuerunt, ſed minores omnes: hunc autem exacerbationes et perpetuo dolores diebus paribus invaſerunt. Vigeſimo urinam reddidit albam craſſamentum continentem quae depoſita non ſubſidebat, copioſe ſudavit, absque febre viſus eſt. Sub veſperam iterum recaluit, iidem dolores, horror, ſitis, nonnihil deliravit. Vigeſimo quarto copioſam minxit urinam albam, quae copioſum ſedimentum deponebat, copioſo ſudore calido per univerſum corpus effuſo, febre liber judicatus eſt.

Et ipſe Hippocrates ſignificavit dicens: acceſſiones et dolores diebus paribus; quare etiam a vigeſimo die ſudore eſt judicatus. Sigillatim vero qui omnia tenet memoria quae ante expoſuimus hoc libro et ſuperioribus duobus, atque ante hos in praeſagiis et praedictionibus, invenire omnia ipſe poterit.

πβ'.

(439) Ἐν Θάσῳ γυνὴ δυσάνιος, ἐκ λύπης μετὰ προφάσιος ὀρθοστάδην, ἐγένετο ἄγρυπνός τε καὶ ἄσιτος καὶ διψώδης ἦν καὶ ἀσώδης, ᾤκει δὲ πλησίον τῶν Πυλάδου ἐπὶ τοῦ λείου. τῇ πρώτῃ ἀρχομένης νυκτὸς φόβοι, λόγοι πολλοὶ, δυσθυμίη, πυρέτιον λεπτὸν, πρωῒ σπασμοὶ πολλοὶ, ὅτε δὲ διαλίποιεν οἱ σπασμοὶ οἱ πολλοὶ, παρέλεγεν, ἰσχυρομύθει, πολλοὶ πόνοι, μεγάλοι, ξυνεχέες. δευτέρα διὰ τῶν αὐτῶν οὐδὲν ἐκοιμᾶτο, πυρετὸς ὀξύτερος. τρίτῃ οἱ μὲν σπασμοὶ ἀπέλιπον, κῶμα δὲ καὶ καταφορὴ καὶ πάλιν ἔγερσις ἀνίησε, κατέχειν οὐκ ἠδύνατο, παρέλεγε πολλὰ, πυρετὸς ὀξύς. ἐς νύκτα δὲ ταύτην ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ διόλου, ἄπυρος ὕπνωσε, πάντα κατενόει, ἐκρίθη περὶ τὴν γ' ἡμέρην, οὖρα μέλανα, λεπτὰ, ἐναιώρημα δὲ ἐπὶ πολὺ στρογγύλον, οὐχ ἵδρυτο. περὶ δὲ κρίσιν γυναικεῖα πολλὰ κατέβη.

LXXXII.

In Thaſo moroſa mulier ex moerore cum occaſione recta incedens, tum ſomni, tum cibi oblita et ſiti et jactatione premebatur. Habitabat autem prope Pyladis aedes in plano. Primo die ſub initium noctis metus; ſermones multi; moeſtitia, levis febricula, mane convulſiones multae. Quum autem intermiſiſſent convulſiones illae multae, delirabat, obſcoena fabulatur, dolores multi, magni, continui. Secundo eadem, nihil dormivit; febris acutior. Tertio quidem convulſiones ceſſarunt; coma vero et cataphora et rurſum vigiliae infeſtaverunt; exiliit, continere ſe non potuit; multum deliravit; febris acuta. Nocte vero eadem; ſudore copioſo calido per univerſum corpus ſudavit, a febre libera dormivit, omnino mente conſtitit, judicata eſt. Circa tertium diem urinae nigrae, tenues, enaeorema vero aliquamdiu valde rotundum non ſubſidebat. Sub criſin muliebria multa prodierunt.

Τί ἡ δυσάνιος φωνὴ σημαίνει Κριτίας ἐδήλωσε γράψας ὧδε· δυσάνιος ἐστὶν ὅστις ἐπὶ τοῖς μικροῖς ἀνιᾶται καὶ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις μᾶλλον ἢ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι καὶ πλείω χρόνον εἴη ἀνιαρὸς ἢ σκυθρωπὸς, νῦν ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένη δυσάνιος, παραμεινάσης αὐτῇ τῆς λύπης ἐπὶ πλείονα χρόνον, ὅπερ πάλιν μετ' ὀλίγον ἐπὶ τῆς ἐν Κυζίκῳ τὰς διδύμους θυγατέρας τεκούσης ἔφη· σιγῶσα δὲ καὶ σκυθρωπὴ καὶ οὐ πειθομένη. θαυμάζω γε μὴν πῶς οὐ προσέγραψεν ἐπὶ τῆς γυναικὸς ταύτης ἤτοι γε ἐπεσχῆσθαι τὰ καταμήνια παντάπασιν ἢ μὴ τελέως γεγονέναι. φαίνεται γὰρ ὀξέως τε ἅμα καὶ πληθωρικῶς νοσῆσαι καὶ τῇ γ' τῶν ἡμερῶν εἰς νύκτα δι' ἱδρώτων τε κριθῆναι καὶ καταμηνίων ἐκκρίσεως. ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν κρίσιν ἐκκενωθέντα πολλὰ βεβαίαν εἰργάσατο τὴν γενομένην ἀπαλλαγὴν τοῦ νοσήματος. ἡ δὲ τῶν οὔρων χρόα, καίτοι μέλαινα γενομένη χαλεπὸν οὐδὲν εἰργάσατο, διότι καταμηνίων ἐπίσχεσις ἦν μελαγχολικωτέρων, ἐφ' οἷς εἰκότως ἡ γυνὴ δυσάνιος ἐγένετο καὶ φοβερὰ καὶ παρέκρουσεν ἐν μέρει ποτὲ καὶ κωματώδης γενομένη.

Quid dictio *δυσάνιος*, id eſt moroſus, ſignificet, docuit Critias, cujus ſunt haec verba: Moroſus eſt qui vilibus de rebus ſtomachatur et de magnis plus caeteris mortalibus diutiusque. Erat ergo triſtis vel tetrica quam hic moroſam Hippocrates vocat, quae diu in triſtitia perſiſtebat: quod iterum paulo poſt de ea dicit, quae Cyzici gemellas filias enixa erat. Tacita vero et tetrica nec ad animi aequitatem perduci potuit. Verum non poſſum non mirari cur in hac muliere non addiderit vel cohibitos omnino fuiſſe menſes vel non perfecte profluxiſſe. Nam acute ſimul et ex humorum abundantia videtur laboraſſe, atque tertio die ſub noctem per ſudores eſſe et menſium excretionem judicata. Quin etiam multi menſes poſt judicium evacuati morbi deceſſionem confirmaverunt. Urina vero, licet eſſet nigra, nihil attulit periculoſi; quod retenti menſes eſſent magis melancholici, unde mulier merito moroſa evaſit et timida interimque deliravit et comate eſt detenta.

πγ'.

[306] *Ἐν Λαρίσσῃ τὴν παρθένον πυρετὸς ἔλαβε καυσώδης, ὀξὺς, ἄγρυπνος, διψώδης, γλῶσσα λιγνυώδης, ξηρὴ, οὖρα εὔχροα μὲν, λεπτὰ δέ. δευτέρᾳ ἐπιπόνως, οὐχ ὕπνωσε. τρίτῃ πολλὰ διῆλθεν ἀπὸ κοιλίης ὑδατόχροα καὶ τὰς ἑπομένας διῄει τοιαῦτα εὐφόρως. τετάρτῃ οὔρησε λεπτὸν, ὀλίγον, εἶχεν ἐναιώρημα μετέωρον, οὐχ ἵδρυτο, παρέκρουσεν ἐς νύκτα, ἕκτῃ διὰ ῥινῶν λαῦρον ἐῤῥύη πολὺ, φρίξασα, ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ διόλου, ἄπυρος ἐκρίθη. ἐν δὲ τοῖσι πυρετοῖσι καὶ ἤδη κεκριμένων γυναικεῖα κατέβη πρῶτον τότε, παρθένος γὰρ ἦν. ἦν δὲ διὰ παντὸς ἀσώδης, φρικώδης, ἔρευθος προσώπου, ὀμμάτων ὀδύνη, καρηβαρική. ταύτῃ οὐχ ὑπέστρεψεν, ἀλλ' ἐκρίθη, οἱ πόνοι ἀρτίησιν.*

LXXXIII.

Larissae virginem febris ardens et acuta prehendit; insomnis erat, sitibunda; lingua fuliginosa, arida; urinae probe coloratae, sed tenues. Secundo die laboriose degebat; non dormivit. Tertio et sequentibus diebus multae dejectiones aquei coloris ab alvo exclusae sunt. Quarto urinam tenuem paucam reddidit quae enaeorema sublime habuit, neque subsidebat, sub noctem deliravit. Sexto per nares sanguis abunde copiosus effluxit, horruit, sudore copioso calido per totum corpus effuso, febre libera judicata est. In febre autem et jam judicata tunc primum huic muliebria descenderunt; virgo siquidem erat. Erat autem perpetuo anxia, horrida, cui faciei rubor, oculorum dolor et capitis gravitas. Huic febris reversa, sed judicata, diebus paribus dolores invaserant.

Ὅτι μὲν ὥραν εἶχεν ἡ παρθένος καταμηνίων δῆλόν ἐστιν ἐξ ὧν αὐτὸς ἔγραψεν εἰπὼν ὅθεν γυναικεῖα κατέβη· τότε πρῶτον φαίνεται καὶ ἡ νόσος αὐτὴ γεγονέναι πληθωρικὴ καὶ κριθῆναι μὲν ἐπὶ τῆς στʹ ἡμέρας, διότι καὶ τοὺς πόνους ἔσχεν ἀρτίαις, ὡς αὐτὸς ἔγραψε. παράδοξον δὲ τὸ μηδ᾽ ὑποστρέψαι, καίτοι τῆς στʹ ἡμέρας μηδέποτε πιστῶς κρινούσης. ξένον οὖν τοῦτο καὶ πάνυ σπάνιον ἐπ᾽ αὐτῆς γενόμενον ἐπεσημήνατο γράψας, ταύτῃ οὐχ ὑπέστρεψεν, ἀλλ᾽ ἐκρίθη ὡς δέον ὑποστρέψαι. ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν ἔγραψε τοῦ μὴ ὑποστρέψαι, προσθεὶς ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καὶ ἤδη κεκριμένων, γυναικεῖα κατέβη. τὸ γὰρ ἐπιμεῖναι τὴν κένωσιν αὐτῇ ταῖς μετὰ τὴν κρίσιν ἡμέραις ἱκανὸν ἐγένετο βεβαίαν φυλάξαι τὴν προηγησαμένην κρίσιν ἐν τῇ στʹ ἡμέρᾳ δι᾽ αἱμοῤῥαγίας τε καὶ ἱδρώτων καὶ μάλιστα ὅτι μήτε φλεγμονή τις ἐγένετο κυρίου μορίου μήτε κακόηθες ἦν τὸ πλῆθος. αὐτὸς γὰρ ἐπεσημήνατο πληθωρικὴν εἶναι τὴν διάθεσιν ἐν τῷ φάναι διὰ παντὸς ἐσχηκέναι προσώπου μὲν ἔρευθος, ὀμμάτων δὲ ὀδύνην καὶ καρηβαρίαν. εὔδηλον οὖν

Aetatem puellam attigiſſe menſium ex ipſis liquet Hippocratis verbis: menſes tum primum provenerunt et ipſum etiam fuiſſe morbum ex humorum copia, judicatumque die ſexto eſſe, quod dolores in dies pares incurriſſent, ut ipſe ſcripſit. At mirum non revertiſſe, quum ſextus dies non judicet unquam fideliter. Quare novum hoc et rarum illi accidiſſe indicavit, quum ſcripſit: huic non repetiit, ſed judicata eſt tanquam debuiſſet repetere. At vero cauſam etiam cur non redierit, ſcripſit addendo, dum febricitaret et jam judicata eſſet, menſes primum illi provenerunt. Nam vacuationis perſeveratio diebus poſt judicium ſatis erat ut firmum ſervaretur judicium, quod die ſexto praeceſſerat per ſanguinis eruptionem et ſudores, maxime quod nulla eſſet princeps pars inflammata, neque maligna humorum abundantia. Ipſe certe plethoricum vitae eſſe ſignificavit, quum dicit perpetuo in facie ruborem fuiſſe, in oculis dolorem, in capite gravitatem. Pla-

ἦν ὅτι κενώσεως ἐδεῖτο μόνης. καὶ ταύτην ἡ φύσις ἤρξατο μὲν ἐργάζεσθαι τῇ γ΄ τῶν ἡμερῶν, συνεπλήρωσε δὲ κατὰ τὴν στ΄. ὅτι δὲ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως οὐχ ὡς σύμπτωμα τῆς νόσου διὰ τῆς γαστρὸς ἡ κένωσις ἐγένετο σαφῶς ἐδήλωσεν αὐτὸς γράψας, τῇ τρίτῃ δὲ πολλὰ διῆλθεν ἀπὸ κοιλίης ὑδατόχροα καὶ τὰς ἐπομένας ἦν τοιαῦτα εὐφόρως. τοῦτο προσκείμενον ἐνδείκνυται τῶν λυπούντων γίγνεσθαι τὴν ἔκκρισιν. ἐπισημήνασθαι δὲ τῶν κατὰ τὴν διήγησιν αὐτῆς εἰρημένων ἄξιόν ἐστι καὶ ταῦτα τὰ β΄ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, ἓν μὲν τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν γεγραμμένον, γλῶσσα λιγνυώδης, ξηρὴ, δεύτερον δὲ τὸ δ΄, οὐρῆσαι λεπτὸν, ὀλίγον, εἶχεν ἐναιώρημα μετέωρον, οὐχ ἵδρυτο, παρέκρουσε. τὸ μὲν γὰρ [307] αὐτῶν πρότερον εἰρημένον χρήσιμόν ἐστιν εἰς τὸ μὴ παντελῶς ἡγεῖσθαι ὀλεθρίαν τὴν λιγνυώδη γλῶσσαν, ὀνομάζει δ᾽ οὕτως τὴν ἐπικεχρωσμένην οἷον λιγνύϊ τινὶ, ξηρὰν οὖσαν ἐξ ἀναθυμιάσεως. τὸ δὲ β΄ ἐπειδὴ καὶ κατ᾽ ἄλλους ἀῤῥώστους εἰπὼν ἐναιώρημα μετέωρον εὐθέως ἐπήνεγκεν αὐτῷ τὸ παρέκρουσεν, ἐμφαίνων τοῖς τοιούτοις

num ergo erat folam requiri vacuationem, quam natura tertio die incepit, confummavit fexto. Nam per naturam, non ut morbi fymptoma, ventris vacuationem accidiffe ipfe dilucide his verbis indicavit, tertio alvus multa reddidit aquei coloris, proximisque diebus talia commode: hoc adjectum denotat, quae offerebant, excerni, porro ex iis quae funt in ejus hiftoria expofita, etiam haec duo ad praedicta declaranda duxi, primum quando initio eft fcriptum, lingua fuliginofa et arida, alterum hoc, quarto urina tenuis et pauca habebat fufpenfionem elatam, non fubfidebat, deliravit. Nam horum prius relatum utile tibi eft, ut ne omnino putes fuliginofam linguam effe exitialem; fic autem appellat tinctam quafi fuligine quadam quae ficca erat ex vaporibus; alterum, quia etiam in aliis aegris quum dixerit, fufpenfio elata, ftatim fubjecit, deliravit, innuens quod ejusmodi fufpenfiones delirium comitatur, quanquam in praefagiis, ubi omnia, quae acci-

ἐναιωρήμασιν ἕπεσθαι παραφροσύνην. καίτοι κατά γε τὸ προγνωστικὸν ἅπαντα τὰ περὶ τῶν οὔρων διελθὼν οὐδεμίαν ἐξ αὐτῶν εἰς παραφροσύνην ἐποιήσατο πρόγνωσιν. ἔοικεν οὖν τὸ σημεῖον τοῦτο καθ᾽ αὑτὸ μὲν οὐδέποτε σημαίνειν παραφροσύνην, συνενδείκνυσθαι δέ ποτε κατὰ συμβεβηκὸς, ἐπειδὴ πνευματωδέστερον εἶναι δηλοῖ τὸ ἐναιώρημα. κατὰ γὰρ τὸ παντελῶς ἄφυσον εἰς τὸ κάτω τῶν ἀγγείων φέρεται τὰ ἐναιωρήματα.

πδ΄.

Ἀπολλώνιος ἐν Ἀβδήροις ὀρθοστάδην ὑπεφέρετο χρόνον πολὺν, ἦν δὲ μεγαλόσπλαγχνος καὶ περὶ ἧπαρ ξυνήθης ὀδύνη χρόνον πολὺν παρείπετο, καὶ δὴ τότε καὶ ἰκ- (440) τερώδης ἐγένετο, φυσώδης, χροιῆς τῆς ὑπολεύκου, φαγὼν δὲ καὶ πιὼν ἀκαιροτέρως βόειον, ἐθερμάνθη μικρὰ τὸ πρῶτον, κατεκλίθη. γάλαξι δὲ χρησάμενος ἑφθοῖσι καὶ ὠμοῖσι, πολλοῖσιν αἰγείοισι καὶ μηλείοισι καὶ διαίτῃ κακῇ, πάντων αἱ βλάβαι μεγάλαι. οἵ τε γὰρ πυρετοὶ παρω-

dunt urinis, eſt perſecutus, nullum fecit praeſagium ex eis delirii. Quare ſignum hoc videtur per ſe ipſum delirium nunquam denunciare, ſed caſu nonnunquam commonſtrare, quia flatuoſiorem eſſe ſanguinem indicat. Nam nullus plane ſi ſtatus inſit, deferuntur ad ima vaſa ſuspenſiones.

LXXXIV.

Abderae Apollonius recto ſtatu diuturno tempore patiebatur. Erat autem viſceroſus et circa hepar conſuetus dolor longo tempore comitabatur, ac tunc ſane etiam auriginoſus factus eſt, flatulentus et coloris ſubalbi. Ex intempeſtiviore vero victu et carnis bubulae eſu aliquantulum primum incaluit, decubuit. Deinde uſus lacte cocto et crudo, multo caprillo et ovillo et vitioſo victu laeſiones omnium inſignes ſequutae ſunt. Nam et

ξύνθησαν, κοιλίη τε τῶν προενεχθέντων οὐδὲν διέδωκεν ἄξιον λόγου, οὖρά τε λεπτὰ καὶ ὀλίγα διήει, ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν, ἐμφύσημα κακὸν πολὺ δίψος, κωματώδης, ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔπαρμα ξὺν ὀδύνῃ, ἄκρεα πάντοθεν ὑπόψυχρα, σμικρὰ παρέλεγεν, λήθη πάντων ὅ τι λέγοι, παρεφέρετο. περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἀφ' ἧς ῥιγώσας ἀπεθερμάνθη, κατεκλίθη καὶ ἐξεμάνη, βοὴ, ταραχὴ, λόγοι πολλοὶ καὶ πάλιν ἵδρωσις καὶ τὸ κῶμα τηνικαῦτα προσῆλθε. μετὰ δὲ ταῦτα κοιλίη ταραχώδης, πολλοῖσι χολώδεσιν, ἀκρήτοισιν, ὠμοῖσιν, οὖρα μέλανα, σμικρὰ, λεπτὰ, πολλὴ δυσφορίη, τὰ τῶν διαχωρημάτων ποικίλως. ἢ γὰρ μέλαινα καὶ σμικρὰ καὶ ἰώδεα, ἢ λιπαρὰ καὶ ὠμὰ καὶ δακνώδη. κατὰ δὲ χρόνους ἐδόκεε καὶ γαλακτώδεα διδόναι. περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην διὰ παρηγορίης, τὰ μὲν ἄλλα ἐπὶ τῶν αὐτῶν, σμικρὰ δὲ κατενόησεν. ἐξ οὗ δὲ κατεκλίθη, οὐδενὸς ἐμνήσθη. πάλιν δὲ ταχὺ παρε-

febres exacerbatae ſunt, venter ex ingeſtis, nihil effatu dignum reddidit; urinae tenues et paucae; ſomni non aderant; inflatio mala, ſitis multa, comatoſus, hypochondrii dextri tumor cum dolore, extrema undique ſubfrigida, aliquantulum delirabat, omnium quae loquebatur, capiebat oblivio, exturbabatur. Ad decimum quartum a quo riguit, incaluit, decubuit et vehementer inſanivit; clamor, perturbatio, verba multa et rurſus ſudor, tuncque acceſſit coma. Poſthaec vero alvus perturbata multis, biliosis, meris, crudis; urinae nigrae, paucae, tenues; multa corporis jactatio, dejectiones variae; aut enim nigrae et paucae et aeruginoſae, aut pingues et crudae et mordaces. Tandem vero etiam lacti ſimiles reddi conſpiciebantur. Sub vigeſimum quartum mitigatione caetera quidem in iisdem perſeverarunt, verum aliquantulum mente valuit, ex quo vero tempore decubuit, nullus meminit, rurſum vero cito deliravit, atque in deterius omnia ruebant. At circa trigeſimum febris acuta invaſit, ſtercora copioſa et tenuia dejecta

νόει, ὥρμητο πάντα ἐπὶ τὸ χεῖρον, περὶ δὲ τριακοστὴν πυρετὸς ὀξὺς, διαχωρήματα πολλὰ, λεπτὰ, παράληρος, ἄκρεα ψυχρὰ, ἄφωνος, τριακοστῇ τετάρτῃ ἀπέθανε. τουτέῳ διὰ τέλεος, ἐξ οὗ καὶ ἐγὼ οἶδα, κοιλίη ταραχώδης, οὖρα λεπτὰ, μέλανα, κωματώδης, ἄγρυπνος, ἄκρεα ψυχρὰ, παράληρος, διὰ τέλεος φρενιτικός.

---

[308] *Κἀπὶ τούτου πάλιν ὁ Ἱπποκράτης ὡς ἐπ' ἄλλων πολλῶν, αὐτὸς ἐπὶ τῷ τέλει τῆς διηγήσεως ἐν κεφαλαίοις βραχέσιν ἐδήλωσε τὰ γενόμενα συμπτώματά τε καὶ σημεῖα, δι' ὧν ἄν τις προγνῷ τὸν ἐσόμενον θάνατον. ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις ὧδε· τούτῳ διὰ τέλεος ἐξ οὗ καὶ ἐγὼ οἶδα κοιλίη ταραχώδης, οὖρα λεπτὰ καὶ μέλανα, κωματώδης, ἄγρυπνος, ἄκρεα ψυχρὰ, παράληρος διὰ τέλεος. τῶν δὲ κατὰ μέρος οὐδέν ἐστιν ἀσαφὲς, εἴ τις τῶν προεξηγησαμένων ἡμῖν μνημονεύει.*

ſunt, delirus fuit, extrema frigida, voce captus eſt. Trigeſimo quarto vita defunctus eſt. Ex quo ego eum vidi, huic perpetuo alvus turbulenta fuit, urinae tenues, nigrae; comatoſus, inſomnis; extremitates frigidae, per totum morbum deliravit, phrenitide periit.

Jam in hoc etiam Hippocrates, ut in aliis multis, in fine ipſe narrationis brevibus capitibus ſymptomata et ſigna quae acciderunt, docuit, ex quibus inſtare mortem praevideas. Habet autem dictio ſic: huic perpetuo, poſtquam hominem ego vidi, alvus turbata fuit, urinae tenues et nigrae, comatoſus ipſe et inſomnis, extremae partes frigidae, delirus perpetuo. At ſingula clara ſunt, ſi quae ante expoſuimus meminiſti.

πέ.

Ἐν Κυζίκῳ γυναικὶ θυγατέρας διδύμους τεκούσῃ καὶ δυστοκησάσῃ καὶ οὐ πάνυ καθαρθείσῃ τῇ μὲν πρώτῃ ἐπῆλθε πυρετὸς φρικώδης, ὀξὺς, κεφαλῆς καὶ τραχήλου βάρος μετὰ ὀδύνης, ἄγρυπνος ἐξ ἀρχῆς, σιγῶσα δὲ καὶ σκυθρωπὴ καὶ οὐ πειθομένη, οὖρα λεπτὰ καὶ ἄχροα, διψώδης, ἀσώδης τὸ πολὺ, κοιλίη πεπλανημένως ταραχώδης καὶ πάλιν ξυνισταμένη. ἕκτῃ εἰς νύκτα πολλὰ παρέλεγεν, οὐδὲν ἐκοιμήθη. περὶ δὲ ἑνδεκάτην ἐοῦσα ἐξεμάνη καὶ πάλιν κατενόει, οὖρα μέλανα, λεπτὰ καὶ πάλιν διαλείποντα, ἐλαιώδεα καὶ κοιλίη πολλοῖσι λεπτοῖσι, ταραχώδεσι. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ σπασμοὶ πολλοὶ, ἄκρεα ψυχρὰ, οὐδὲν ἔτι κατενόει, οὖρα ἀπέστη, ιστ΄ ἄφωνος, ιζ΄ ἀπέθανε, φρενῖτις.

Οὐ μόνον ὅτι μὴ καλῶς ἐκαθάρθη τὴν λόχειον κάθαρσιν, ὑπελείφθη τῇ γυναικὶ ταύτῃ μελαγχολικώτερον αἷ-

LXXXV.

Mulier in Cyzico gemellas puellas laboriofe peperit, quae quum non admodum expurgata effet, primo die febre horrida et acuta correpta eft. Capitis et cervicis gravitas prehendit cum dolore, vigil ab initio; taciturna autem et tetrica et quae fuafionibus non cedebat; urinae tenues et decolores; fitibunda, anxia multopere, alvus inordinate turbata, ac rurfus conftitit. Sexto ad noctem multum deliravit, nihil dormivit. Circiter undecimum vehementer infanivit, rurfusque mente valuit, urinae nigrae et tenues, rurfus intermittentes, oleofae et ab alvo multae, tenues et turbulentae dejectiones. Decimo quarto convulfiones multae, extrema frigida, neque amplius ad mentem rediit, urinae reftituerunt. Decimo fexto voce capta eft. Decimo feptimo phrenitide interiit.

Non tantum quia non probe fuit a partu purgata, fuperfuit mulieri huic fanguis magis melancholicus, quae

μα, διὸ κατὰ ἀρχὰς μὲν ἦν σιγῶσα καὶ σκυθρωπὴ καὶ οὐ πειθομένη. μετὰ δὲ ταῦτα παρεφρόνησε σφοδρῶς, ὡς ἐκμανῆναι, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν δυστοκίαν φλεγμηνάσης τῆς μήτρας ὁ πυρετὸς ηὐξήθη. δῆλον δ' ὅτι τῆς κακοχυμίας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀνενεχθείσης ἥ τε παραφροσύνη μανιώδης ἐγένετο καὶ οἱ σπασμοὶ συνηκολούθησαν. αἱ δὲ τῶν κρισίμων ἡμερῶν περίοδοι σώζονται κἀνταῦθα, καθάπερ ἐπὶ πάντων τῶν ἀῤῥώστων. εἰ δέ πού τι φανείη σπανίως διαφθειρόμενον, ἐκεῖνο μόνον ἐπισημαίνομαι.

πστ'.

[309.] Ἐν Θάσῳ Δεάλκους γυναῖκα, ἣ κατέκειτο ἐπὶ τοῦ Λείου, πυρετὸς φρικώδης ὀξὺς ἐκ λύπης ἔλαβεν. ἐξ ἀρχῆς δὲ περιεστέλλετο καὶ διὰ τέλεος, αἰεὶ σιγῶσα ἐψηλάφα, ἔτιλλεν, ἔγλυφεν, ἐτριχολόγει, δάκρυα καὶ πάλιν γέλως, οὐκ ἐκοιμᾶτο, ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμὸς, οὐδὲν διήει, σμικρὰ ὑπομιμνησκόντων ἔπινεν, οὖρα λεπτὰ, σμικρὰ, πυρετοὶ

causa erat, cur initio tacita esset et tetrica, nec posset ad animi perduci aequitatem et postea multum deliraret aut valde insaniret, verum etiam propter difficilem enixum, inflammato utero, febris est aucta. In conspicuo porro est, vitiosis humoribus ad caput sublatis, delirium furiosum exstitisse simulque convulsiones consequutas esse. Decretoriorum dierum circuitus, ut in omnibus aegris, ita et hic conservantur. Sicubi videatur raro quicquam esse labefactatum, illud solum adnotamus.

LXXXVI.

In Thaso Dealcis uxorem, quae in Leio decumbebat, febris horrida et acuta ex moerore prehendit. Ab initio autem contegebatur et ad finem usque semper taciturna palpabat, evellebat, scalpebat, floccos legebat, lacrymae moxque risus, non dormiebat. Ab alvo irritamenta, sed nihil prodibat, paucum admonita bibebat, urinae tenues, paucae, febres ad manum leves, extre-

πρὸς χεῖρα λεπτοὶ, ἀκρέων ψῦξις. ἐνάτῃ πολλὰ παρέλεγε καὶ πάλιν ἱδρύνθη, σιγῶσα. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα διὰ χρόνου καὶ πάλιν βραχύπνοος. ἑπτακαιδεκάτῃ ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμὸς, ταραχώδεα, ἔπειτα τὰ ποτὰ οὐ διήει, οὐδὲν ξυνίστατο, ἀναισθήτως εἶχε πάντων, δέρματος περίτασις καρφαλέου. εἰκοστῇ λόγοι πολλοὶ καὶ πάλιν ἱδρύνθη, ἄφωνος, βραχύπνοος. εἰκοστῇ πρώτῃ ἀπέθανεν. ἦν ταύτῃ διὰ τέλεος πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, ἀναισθήτως πάντων εἶχεν, ἀεὶ περιεστέλλετο ἢ λόγοι πολλοὶ ἢ σιγῶσα, διὰ τέλεος φρενῖτις.

---

(441) Ἐξ ἀρχῆς αὕτη φαίνεται φρενιτικὴ γενομένη. χαλεπώτατοι δ' εἰσὶν, ὡς καὶ πρῶτον εἶπον, αἱ τοιαῦται φρενίτιδες καὶ τάχιστα πάντας οἷς ἂν γένωνται διαφθείρουσιν. ἀλλὰ νῦν γε ὀξέως αὕτη ἄχρι τῆς κά ἡμέρας ἐξήρκεσεν ἴσως, ὅτι μετρίως ἐπύρεξε. καὶ διὰ τοῦτο ἐπεσημήνατο κατὰ ταύτην τὴν ἄῤῥωστον μόνην γράψας πυρετοὶ

morum frigus. Nono die multum deliravit et rurſus compoſita eſt et taciturna. Decimo quarto ſpiratio rara, magna per tempus et rurſus breviſpira. Decimo ſeptimo ab alvo proritatio turbulenta, poſtea ipſa epota pertranſibant, neque immorabantur, omnium ſenſum perdiderat, aridae cutis circumtenſio. Vigeſimo verba multa ac mox compoſita fuit, vox defecit, breviſpira. Vigeſimo primo obiit. Huic ad finem uſque fuit ſpiritus rarus, magnus, nihil omnino ſentiebat, ſemper pannis contegebatur aut verba multa aut ſilens, perpetuo phrenitis.

A primo haec fuiſſe phrenitica videtur. Sunt autem tales, uti prius dixi, graviſſimae phrenitides, ac ociſſime, quotquot invadunt, tollunt; ſed nunc quidem haec febricitans acute ad diem vigeſimum primum ſe ſuſtentavit, fortaſſe quia modice febricitaret. Proinde, ut inſinuaret hoc, ſcripſit in hac una aegra, febres ad manum tenues.

πρὸς χεῖρας λεπτοί. καὶ φαίνεταί γε τὸ τῆς παραφροσύνης εἶδος αὐτῇ μικτὸν ἐκ μελαγχολίας καὶ φρενίτιδος γεγονέναι. τὸ γὰρ, οἱ λόγοι πολλοὶ ἢ σιγῶσα διὰ τέλεος ἐνδεικτικόν ἐστι τῆς τοιαύτης μίξεως. οὐκ οἶδα δ' ὅπως οἱ ἐξηγηταὶ τοῦ Ἱπποκράτους οὐδὲν ἔγραψαν περὶ τῆς λέξεως ἐν ᾗ φησι· πνεῦμα ἀραιὸν, ὅπερ οὐχ ἕτερόν ἐστι τοῦ διὰ χρόνου καὶ φαίνεται δὲ ἐφεξῆς ταυτὸν εἰρηκώς. μή τις οὖν ἤτοι τῆς ἀραιότητος ἐπίτασιν δηλῶσαι βουληθεὶς τὸ διὰ χρόνου προσέγραψεν, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἰρήκει, διὰ πάνυ πολλοῦ χρόνου. καὶ γὰρ σύνηθές ἐστιν ἐνίοτε παραλιπεῖν τὸ πολλοῦ καὶ μόνῳ χρήσασθαι τῷ διὰ χρόνου ἢ μὴ συνεχῶς, ὥσπερ ἐπ' ἄλλων ἄλλα: μηδ' ὡς τὸ ταχὺ τὴν ἄνθρωπον τοιοῦτον ἀναπεπνευκέναι δι' ὅλης τῆς νόσου δηλοῖ. ἐπιφέρων γοῦν ἐρεῖ καὶ πάλιν βραχύπνοος, ἐνδεικνύμενος κἀνταῦθα καθάπερ ἔμπροσθεν ἐκ καταψύξεως οὐ μόνον μικρὸν, ἀλλὰ καὶ διὰ πολλοῦ τὴν ἄνθρωπον ἀναπνεῖν, ὅπερ ὄντως ἐστὶ βραχὺ πνεῦμα. τὸ γὰρ ἀραιὸν καὶ μέγα, καθόσον μὲν ἀραιόν ἐστιν, ἧττον ὑπάρχει τοῦ πυκνοῦ τε ἅμα καὶ με-

Sane videtur haec delirii ſpeciem ex melancholia et phrenitide habuiſſe miſtam; nam hoc, aut multa loquebatur aut perpetuo tacebat, oſtendit ejusmodi mixtionem. At neſcio, cur Hippocratis interpretes nihil ſcripſerint in haec verba, ubi ait, ſpiritus rarus; quod eſt perinde, ac per intervallum; atque ſane videtur deinceps idem dixiſſe. Forte ergo aut ut raritatis augmentum indicaret, per intervallum, addit, ac ſi ita dixiſſet per magnum admodum intervallum: eſt enim interdum conſuetum ut magnum relinquatur ſolumque uſurpetur per intervallum. At non perpetuo, quemadmodum in aliis, immo nec diu mulierem hanc ita toto morbo ſpiraſſe indicat. Itaque ſubdit rurſusque breviſpira, indicans et hic, ut antea ex frigore non parvo tantum, ſed magno intervallo etiam mulierem reſpirare, qui revera eſt brevis ſpiritus. Nam rarus et magnus, quatenus rarus eſt, minor eſt frequente et magno,

γάλου, καθόσον δὲ μέγα, πλέον ἐστὶ ταύτῃ τοῦ μικροῦ καὶ ἀραιοῦ. κατ᾽ ἄμφω τοίνυν μικρὸν ἔσται τὸ βραχὺ καὶ ἀραιόν. καὶ φαίνεται καὶ νῦν ὥσπερ καὶ σὺν καταψύξει τοιαύτη γεγονέναι τὸ γύναιον ἐν οἵᾳ καὶ αὐτῇ ἀπνοίᾳ καταλαμβανόμεναι γίνονται. γράφει γοῦν ἐπ᾽ αὐτῆς κ΄ [310] λόγοι πολλοὶ καὶ πάλιν ἰδίως ἐρεῖ βραχύπνοος. ἡ δ᾽ ἀφωνίη τοὐπίπαν ἅμα βραχεῖ καὶ ἀραιῷ γίγνεται πνεύματι. ἀλλὰ τό γε διὰ χρόνου μετὰ τοῦ ἀραιοῦ γεγραμμένον ἀντὶ τοῦ διὰ πάνυ πολλοῦ ἐκδέξασθαι χρή. τὸ γὰρ ἐν ὀλίγῳ τῆς νόσου χρόνῳ σημαίνειν οὐ δύναται, κατὰ τὴν τελευτὴν τῆς ῥήσεως προσγράψας, ταύτῃ διὰ τέλεος πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα. τὸ γὰρ διὰ τέλεος εἴωθε λέγειν ἀντὶ τοῦ δι᾽ ὅλης τῆς νόσου μέχρι τῆς τελευτῆς. ὥσπερ δὲ τοῦτο τὸ διὰ τέλεος, οὕτω καὶ τόδε φησὶν, ἀεὶ περιεστέλλετο ἢ λόγοι πολλοὶ ἢ σιγῶσα διὰ τέλεος. τὸ μὲν γὰρ λόγοι πολλοὶ φρενιτικὸν, τὸ δὲ σιγῶσα μελαγχολικὸν, τὸ δὲ περιεστέλλετο κοινὸν ἀμφοῖν, εἰ μή που ἄρα καὶ διὰ τὴν κατάψυξιν ἐνίοτε περιεστέλλετο.

---

quatenus vero magnus, hactenus praestat parvo et raro. Secundum utrumque igitur parvus est brevis spiritus et rarus. Videturque nunc quidem, quasi etiam ea refrigeratione fuisse muliercula haec, qua, quae apnoea, id est suffocatione prehenduntur, tenentur. Itaque de ea scribit, vigesimo die multum locuta est rediitque ad mentem brevispira. Vocis vero defectus fere adjunctus est cum brevi et raro spiritu. At vero per intervallum cum raro scriptum pro longo admodum intervallo est accipiendum. Nam pauco morbi tempore significare non potest, quando in fine historiae scripsit haec: huic perpetuo spiritus rarus et magnus erat, nam perpetuo, Graece *διὰ τέλεος*, dicere pro toto morbi spatio ad finem usque solet. Et quemadmodum hoc perpetuo, sic illud dicit, semper cooperiebatur aut multum loquebatur aut tacebat perpetuo. Nam multum loqui phreniticorum est, tacere melancholicorum et cooperiri est commune utrisque, nisi quando et ex frigore cooperirentur.

πζ'.

Ἐν Μελιβοίῃ νεηνίσκος ἐκ πότων καὶ ἀφροδισίων πολλῶν πολὺν χρόνον θερμανθεὶς κατεκλίθη, φρικώδης δὲ καὶ ἀσώδης ἦν, ἄγρυπνος καὶ ἄδιψος. ἀπὸ δὲ κοιλίης τῇ πρώτῃ πολλὰ κόπρα διῆλθε σὺν περιῤῥόῳ πολλῷ καὶ τὰς ἑπομένας, ὑδατόχλοα, πολλὰ διῄει, οὖρα λεπτὰ, ὀλίγα, ἄχροα, πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα διὰ χρόνου, ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος, παραμήκης ἐξ ἀμφοτέρων, καρδίης παλμὸς διὰ τέλεος, ξυνεχὴς, οὔρησεν ἐλαιῶδες. δεκάτῃ παρέκρουσεν ἀτρεμέως, κόσμιός τε καὶ ἥσυχος, δέρμα καρφαλέον καὶ περιτεταμένον, διαχωρήματα πολλὰ καὶ λεπτὰ ἢ χολώδεα, λιπαρά. ιδ΄ πάντα παρεκρούσθη, πάντα παρωξύνθη, πολλὰ παρέλεγεν. ὀγδόῃ ἐξεμάνη, βληστρισμὸς, οὐδὲν οὔρει, μικρὰ ποτὰ κατείχετο. τῇ κδ΄ ἀπέθανε φρενῖτις.

LXXXVII.

Meliboea adolescens ex potu et venereis multis longo tempore incaluit et decubuit. Horridus autem et aestuabundus erat, insomnis, neque siti premebatur. Ab alvo primo die stercora multa dejecta sunt cum multo humorum affluxu et sequentibus diebus aquei coloris multa similia prodierunt, urinae tenues, paucae, decolores; spiritus rarus, magnus et longis intervallis, hypochondriorum contensio submollis, utrinque oblonga, perpetua et continens, cordis palpitatio, urinam minxit oleosam. Decimo remisse deliravit et compositus et taciturnus erat, cutis arida et circumtensa, dejectiones multae, tenues vel biliosae, pingues. Decimo quarto desipuit, exasperata sunt omnia, multopere deliravit. Vigesimo vehementer insanivit, jactatio, nihil minxit, modicos potus continebat. Vigesimo quarto obiit phreniticus.

Οἱ μὲν πολλοὶ πότοι τά τε νεῦρα βλάπτουσι καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν τὸν ἐγκέφαλον. τὰ δ' ἀφροδίσια καὶ ταῦτα μὲν ἱκανῶς λυπεῖ καὶ τὴν δύναμιν καταλύει τε καὶ ἄῤῥωστον ἐργάζεται. μοχθηρὸν οὖν ἀθροίσας πλῆθος ὁ νεανίσκος οὗτος, εἰκότως ἤρξατο μὲν ἀπὸ πυρετῶν μετρίων, ἐπὶ προήκοντι δὲ τῷ χρόνῳ χείρων ἑαυτοῦ γενόμενος ὕστερον εἰς φρενῖτιν ἀκριβῆ περιέστη. γίνεσθαι δ' αὐτὴν ἐδήλου τότε μέγα καὶ ἀραιὸν πνεῦμα καὶ τὸ κόσμιόν τε καὶ ἀεὶ σιωπηλὸν εἶναι τὸν νοσοῦντα, παρακροῦσαι μέτρια. τοῖς μὲν γὰρ κούφοις καὶ ταραχώδεσιν ἀνθρώποις ἐπὶ σμικραῖς προφάσεσιν αἱ παραφροσύναι γίνονται, τοῖς δ' ἐναντίοις τὸ ἦθος ἐπὶ μεγάλαις αἰτίαις. διὰ τί δὲ τῷ ἀραιῷ πνεύματι τὸ διὰ τοῦ χρόνου προσέγραψε κατὰ τὸν ἔμπροσθεν ἄῤῥωστον ἐπεσκεψάμεθα. καὶ περὶ τῶν καθ' ὑποχόνδρια παλμῶν ἔν ἄλλοις τε κἀν τῷ προγνωστικῷ διῆλθον, ὥσπερ καὶ τῆς ὑπολαπάρου καθ' ὑποχόνδριον ἐντάσεως, ὅτι τὴν χωρὶς ὄγκου λέγει καὶ γίγνεται τῶν μὲν μυῶν ἀπαθῶν ὄντων, ἐν διαθέσει δέ τινι διαμενόντων τῶν ἔνδον τοῦ περιτοναίου μορίων.

Multa quidem pocula nervis nocent et origini eorum cerebro. Venus vero cum haec fatis laedit, tum vires elidit et debilitat. Itaque adolefcens hic vitiofa collecta humorum abundantia, merito a modicis febribus coepit; qui quum in dies pejus haberet, in phrenitim tandem exquifitam incidit. Nam oriri illam magnus et rarus fpiritus indicabat et ejus modeftia et perpetua taciturnitas modice aegrum defipere, nam leves et turbulenti homines deliri levibus de caufis fiunt: qui contrariis funt morbis, de magnis. Cur autem fpiritui per intervallum addiderit, in fuperiore aegro tractavimus. Et de hypochondriorum palpitationibus et alibi et in praefagiis egi. Item de fubmolli hypochondrii contenfione, illum eam, quae tumore caret, appellare quae fit, ubi nullo mufculi in vitio funt, fed offenfae funt partes, quae intra peritonaeum fitae funt.

πη'.

[311] *Δοκέει δέ μοι προσωφελῆσαι κατὰ λόγον τὸ γενόμενον θέρος. τὰς γὰρ θερινὰς νόσους χειμὼν ἐπιγενόμενος λύει καὶ τὰς χειμερινὰς θέρος ἐπιγενόμενον μεθίστησι, καίτοι αὐτό γε ἐπὶ ἑωυτοῦ τὸ γενόμενον θέρος οὐκ εὐσταθὲς ἐγένετο, ἀλλὰ ἐξαίφνης θερμὸν καὶ νότιον καὶ ἄπνοον, ἀλλ᾽ ὅμως πρὸς τὴν ἄλλην κατάστασιν μεταλλάξαν ὠφέλησεν. μέγα δὲ μέρος ἡγοῦμαι τῆς τέχνης εἶναι τὸ δύνασθαι σκοπεῖν καὶ περὶ τῶν γεγραμμένων ὀρθῶς. ὁ γὰρ γνοὺς καὶ χρώμενος τούτοις οὐκ ἄν μοι δοκέει μέγα σφάλλεσθαι ἐν τῇ τέχνῃ. δεῖ δὲ καταμανθάνειν ἀκριβῶς τὴν κατάστασιν τῶν ὡρέων ἑκάστην καὶ τὸ νόσημα ἀγαθὸν ὅ τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσει ἢ ἐν τῇ νούσῳ καὶ ὅ τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσει ἢ ἐν τῇ νούσῳ μακρόν. ὅ τι νόσημα καὶ θανάσιμον, μακρὸν, ὅ τι καὶ περιεστηκός. ὀξὺ ὅ τι θανάσιμον, ὀξὺ ὅ τι περιεστηκὸς, τάξιν τῶν κρισίμων ἐκ τούτων σκοπεῖσθαι καὶ προλέγειν ἐκ τούτων εὐπορεῖται. εἰδότι περὶ τούτων ἐστὶν εἰδέναι οὓς καὶ ὅτε καὶ ὡς δεῖ διαιτᾶν.*

LXXXVIII.

Verum illa mihi aeſtas videtur ſecundum rationem profuiſſe. Nam aeſtivos morbos hiems ſuccedens ſolvit, hiemales aeſtas inſequens transmutat. Quanquam iſta per ſe aeſtas haud ſtabilis fuit, ſed ſubito calida, auſtrina et a ventis ſilens evaſit; profuit tamen ad aliam tempeſtatem transmutata. At in magna parte pono artis eſſe, recte poſſe de iis quae tradidimus, exiſtimare. Is enim, qui novit et utitur his, non magnopere mihi in arte falli videtur poſſe. Singulos autem temporum anni ſtatus perdiſcere eſt operae pretium et morbos. Quid boni habeat ſtatus vel morbus commune et quid mali ſtatui ſit vel morbo commune. Et qui longus morbus et letalis, qui longus et ſanabilis: qui acutus et letalis, qui acutus et ſanabilis. Series hinc dierum indecretoriorum obſervanda eſt et praedicendi hinc facultas ſcienti datur. Hinc ſcire eſt quibus, quando et quae ſit victus praeſcribenda ratio.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΣΤ. ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Α.

Ed. Chart. IX. [353. 354.] Ed. Baf. V. (442.)

[353] (442) *Γαληνοῦ προοίμιον.* Εἰς τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν Ἱπποκράτους συγγραμμάτων ἐλυμήναντο πολλοὶ τῶν ἐξηγητῶν, ἄλλοι ἄλλως, ὡς ἕκαστος ἤλπισε πιθανῶς ἐξηγήσασθαι, τὴν κατὰ τοῦτον λέξιν ὑπαλλάττων, ὥστε ἠναγκάσθην [354] ἐγὼ διὰ τοῦτο τήν τε παλαιότητα τῶν ἀντιγράφων ἐπιζητῆσαι, τά τε ὑπομνήματα τῶν πρώτων ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον, ἐν οἷς καὶ Ζεῦξίς ἐστιν

HIPPOCRATIS EPIDEM. VI. ET GALENI IN ILLUM COMMENTARIUS I.

Galeni praefatio. Sextum Hippocratis librum de popularibus morbis multi explanatores corruperunt, alii aliter, ut quisque ſe veriſimiliter explanaturum eſſe ſperabat, ipſius verba permutantes. Quamobrem propter hoc et ego veteres codices indagare et eorum commentaria, qui primi librum hunc explanaverunt, evolvere coactus ſum. Inter quos et Zeuxis Tarentinus et Erythraeus

ὁ Ταραντῖνος καὶ ὁ Ἐρυθραῖος Ἡρακλείδης καὶ πρὸ αὐτῶν Βακχεῖός τε καὶ Γλαυκίας. εἰ μὲν οὖν μετὰ τὸ δηλῶσαι τὴν παλαιὰν γραφὴν ἔλεγον ἡμαρτῆσθαι τὴν λέξιν, εἰκὸς εἴη ἂν καὶ διὰ τοῦτο ἐπινοεῖν αὐτοὺς τὴν Ἱπποκράτους γραφὴν εἶναι τήνδε τινά, κἂν ἀπεδεξάμην αὐτοὺς, εἴ γε μετὰ τὴν ἐπανόρθωσιν ἑώρων διδάσκοντάς τι χρήσιμόν τε ἅμα καὶ τῆς γνώμης ἐχόμενον τοῦ παλαιοῦ. ἐπεὶ δὲ ἐνίοτε καὶ κατ' ἄμφω σφάλλονται, πολὺ βέλτιον ἔδοξέ μοι φυλάττοντι τὴν ἀρχαίαν γραφὴν, ἀεὶ μὲν σπουδάζειν ἐκείνην ἐξηγεῖσθαι, μὴ δυνηθέντι δέ ποτε τοῦτο πρᾶξαι, πιθανὴν τὴν ἐπανόρθωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι, καθάπερ ὁ Ἡρακλείδης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐποιήσατο κατὰ τὴν λέξιν ἐκείνην ἐν ᾗ γέγραπται, πρὸς δὲ τὸ Ἀφροδίσιον αἱ οὐραὶ ἔβλεπον. ἐπειδή περ τοῖς ἐξηγησαμένοις τὴν οὐραὶ γραφὴν ἀπιθανῶς εἴρηται, τάχα, φησὶ, θύραι μὲν ἦν γεγραμμένον διὰ τοῦ θ, τῆς μέσης δὲ γραμμῆς ἐν αὐτῇ διαφθαρείσης ἔδοξεν ὁ βιβλιογράφος οὐραὶ γεγράφθαι. δυ-

Heraclides cenſentur, ante quos etiam Bacchius et Glaucias exſtiterunt. Iſti ſane, ſi veterem prius ſcripturam edocentes, locum eſſe mendoſum poſtea dicerent, conſentaneum eſſet propterea et ipſos veram Hippocratis ſcripturam hanc aut illam eſſe cogitare, eorumque mihi diligentia probaretur, ſi poſt loci caſtigationem eos aliquid utile una et caeteris magiſtri opinioni conſentiens edocere perſpicerem. Quapropter quum illi nonnunquam in utroque aberrent, illud mihi longe ſatius fore viſum eſt, ſi antiquam lectionem ſervans, eam ſemper interpretari ſtuduero; quod ſi hoc interdum facere nequiverim, ipſam aliqua veriſimili caſtigatione emendavero, quemadmodum Heraclides in ſecundo libro de morbis popularibus fecit loco illo, ubi ſcriptum eſt, ad Aphrodiſium autem urae, Graece *οὐραὶ*, ſpectabant. Quoniam ab explanatoribus haec dictio *οὐραὶ* minime probabiliter declarata eſt, forſan, inquit, prius *Θύραι* per litteram *Θ* ſcriptum erat; linea vero, quae in ipſo media erat, abolita librarius

νατὸν γὰρ δὴ οὕτω καὶ λεπτῆς ἰνὸς ἀπολωλυίας συναπολλύσθαι τὴν γραμμὴν ταύτην καὶ μιᾶς αὐτὴν ἐκφυγείσης καὶ κατ᾽ ἀρχὰς εὐθὺς αὐτὴν ἀμυδρὰν γραφεῖσαν ἐξίτηλον αὐτὴν ὑπὸ τοῦ χρόνου γενέσθαι. πάντων δὲ τῶν ὑπαλλαξάντων τὰς παλαιὰς γραφὰς τολμηροτάτους τοὺς περὶ Καπίτωνα καὶ Διοσκορίδην εὑρίσκω πράξαντας τοῦτο. πότερον μὲν οὖν ἄμεινόν ἐστιν ἁπάντων αὐτῶν ἢ μόνων τῶν εὐλόγως μεταγραψάντων ἢ μηδενὸς ὅλως μεμνῆσθαι, σκοπούμενος εὗρον, εἰ μὲν τῷ μήκει τῶν ὑπομνημάτων οὐδεὶς ἔμελλεν ἀναγνωσομένων αὐτὰ δυσχεραίνειν, ἁπάντων μεμνῆσθαι κάλλιον εἶναι. μεμφομένων δὲ πολλῶν, οὐ τούτοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς συμμέτρως ἔχουσι καὶ μόνα σπουδαζόντων τὰ χρήσιμα, μέσην τινὰ τούτων ἀμφοτέρων ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν καὶ τοῦτο εὐθέως ἐν τῇ ἀρχῇ προεῖπον, ὅπως ἀπαλλάττωνται τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων οἱ μὴ χαίροντες τούτοις. ἐγὼ μὲν γὰρ, ὥσπερ καὶ τἄλλα πάντα, πολλοῖς τῶν δεηθέντων ἑταίρων χαριζόμενος ἐποίησα

[396] Τῷ παροχετεύειν ἀκόλουθον ἦν ἐπενηνέχθαι τὸ ἀντισπᾷν, ἔπειθ᾽ οὕτω διδάσκειν ὅπως ἄν τις ἄριστα ποιήσαιτο τὴν ἀντίσπασιν. ὁ δ᾽ Ἱπποκράτης ὑπερβὰς τὸ ἀντισπᾷν εἰπεῖν εὐθέως ἧκεν ἐπὶ τὸ χρησιμώτατον ἐγνῶσθαι τοῖς μέλλουσι καλῶς ἀντισπᾷν τοὺς κακῶς ἐπί τι μόριον ὁρμήσαντας χυμούς. οὐ γὰρ ἐπιμένειν χρή γε τοῖς ἀντισπῶσι βοηθήμασι διὰ παντὸς, ἀλλὰ παρεντιθέναι τινὰ καιρὸν, ἀργὸν τῶν ἀντισπώντων, ἵνα τὸν φθάσαντα χυμὸν ἐστηρίχθαι κατὰ τὸ πάσχον μόριον ἐάσωμεν ἐκκριθῆναι. διαμείνας γὰρ ἐν αὐτῷ διττῶς ἀνιάση, τὸ μέν τι τῷ πλήθει διατείνων, τὸ δέ τι τῇ ποιότητι λυπῶν. ἐὰν δὲ ἐάσαις

ut fi vomitus etiam retraxerimus, ad uterum aut veficam aut fedem incitantes.

VIII.

Derivare, cedentem ftatim revellere, renitentia emollire.

Confentaneum erat, ut derivationi revulfionem fubjungeret ficque deinde pro quo modo quis optime revulfionem faceret, edoceret. Sed Hippocrates revulfionem filentio praeteriens, illico ad illud fe contulit, quod bene revulfuris humores male in membrum aliquod irruentes, utiliffimum cognitu erat. Neque enim femper in retrahentibus auxiliis permanendum eft, fed aliquod tempus, quod retrahentibus vacet, interponere oportet; ut fuccum, qui in affecto membro prius inhaeferit, excerni permittamus: in membro enim remanens, ipfum bifariam contriftabit et multitudine diftendens et qualitate difcrucians. At fi humores in particulam prius illatos exire permiferis,

ἐκκριθῆναι τοὺς φθάσαντας ἐπὶ τὸ μόριον ἐνηνέχθαι χυμοὺς, ἐλευθερώσεις αὐτὸν τοῦ πόνου. ῥᾷόν τ' ἀνύσεις τι τοῖς ἀντισπαστικοῖς βοηθήμασιν, οὐκέτ' ἐφ' ἑαυτὸ διὰ τὸν πόνον ἐρεθίζοντος τοὺς χυμοὺς τοῦ μορίου πρὸς τὴν ῥοπὴν ἣν ἐξ ἀρχῆς οὐκ ὀρθῶς ἐπεποίηντο.

θ'.

Ἄλλον χυμὸν μὴ τὸν ἰόντα ἄγειν, τὸν δὲ ἰόντα συνεκχυμοῦν, ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον, οἷον ὀδύνη ὀδίνην παύει. τὰ ἀνόμοια ἢν ῥέπῃ ἄνωθεν ἀρθέντα, κάτωθεν λύειν καὶ τὰ ἐναντία ταῦτα, οἷον κεφαλῆς κάθαρσις, φλεβοτομίη, ὅτε οὐκ εἰκῇ ἀφαιρέεται.

Τὸ μὲν ἄλλον χυμὸν, μὴ τὸν ἰόντα ἄγειν, εὔδηλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἐμάθομεν ἐν ἀφορισμοῖς τε καὶ ἐν τοῖς περὶ χυμῶν. ἐὰν μὲν γὰρ ὁ λυπῶν ἐκκρίνηται συμμέτρου τῆς κενώσεως οὔσης, δέχεσθαι χρὴ μηδὲν αὐτὸν περιεργαζόμενον. ὥσπερ εἰ καὶ

ipſam dolore liberabis faciliusque revulſoriis auxiliis aliquid proficies, non amplius in ſe ipſum membro propter dolorem ſuccos proritante, ultra eam, quam a principio non recte acceperant, inclinationem.

IX.

Humorem alium non prodeuntem educere oportet, prodeuntem vero una ex vaſis effundere, ſimile quoddam opus facere, velut ſi dolor dolore ſedetur. Diſſimilia ſi ſurſum ſublata tendant per inferiora ſolvere convenit, atque his contraria facere, veluti purgatio, venae ſectio, ſi quando non inconſulto detrahatur.

Alium quidem ſuccum non exeuntem ducere, ex iis patet, quae in aphoriſmis et in libro de ſuccis tradita ſunt. Nam ſi humor infeſtans excernatur, cum moderata eſt evacuatio, id nihil aliud curantem admittere oportet, quemadmodum ſi immodica fuerit, ipſum medicum aliquid

μὴ συμμέτρως γένοιτο πράττειν αὐτόν τι, ποτὲ μὲν ἐπέχοντα τὸ πλῆθος, ποτὲ παροξύνοντα τὸ τῆς κενώσεως ἐλλιπὲς, ὅπερ ὠνόμασεν αὐτὸς τὸν ἰόντα συνεκχυμοῦν. ἐκχυμώσεις γὰρ εἴωθε τὰς ἐκ τῶν ἀγγείων ἐκχύσεις καὶ κενώσεις ὀνομάζειν, (459) τὸ δὲ ἐργάσασθαι μεμάθηκας ἐπὶ τοῦ μεταλλάττειν ἢ μιγνύναι λεγόμενον. ἄδηλον οὖν εἴτε τῷ προειρημένῳ συντακτέον εἴτε τῷ ἑξῆς εἰρημένῳ αὐτὸ προσακτέον; ἑκατέρως γὰρ οὐκ οἰκείως φαίνεται λέγεσθαι. διὸ καὶ τινες μὲν ὡς ἑπόμενον αὐτὸ τοῖς προειρημένοις ἐκείνοις συνῆψαν, εἶτ' ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς, τὸ ὅμοιον οἷον ὀδύνην ἢ ὀδύνη παύει. τινὲς δὲ ἀρχὴν ἐποιήσαντο τῶν ἐφεξῆς τὸ [397] ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον. ἐπεὶ δὲ, ὡς ἔφην, ἑκατέρως λεγόμενον οὐδετέρως ἐστὶ πιθανὸν, ἐπὶ τοῦ μεταγράφειν αὐτὸ παρεγένοντο πολλοὶ, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα ὅσα καθ' ἓν ὄνομα τὴν ἀσάφειαν ἔχει. καὶ τινὲς μὲν τὴν δευτέραν συλλαβὴν διὰ τοῦ γ καὶ ι γράφουσιν, ὀργίσασθαι, τινὲς δὲ τὴν πρώτην διὰ τοῦ ε καὶ ρ, τὴν δὲ δευτέραν διὰ τοῦ γ

facere necesse est, nonnunquam evacuationis redundantiam supprimentem, nonnunquam ejus defectum incitantem, quod ipse nominavit exeuntem *συνεκχυμοῦν*, hoc est una effundere. Consuevit enim ecchymoses appellare ex vasculis effusiones et inanitiones; facere autem idem, quod permutare aut miscere, significare didicisti. Ambiguum vero est, utrum antedictis connectendum sit an deinceps dicto applicandum, utroque enim modo non proprie dici videtur; atque ideo nonnulli ipsum tanquam consequens antedicta cum illis conjunxerunt; deinde ab altero principio posuerunt, simile, ut dolorem dolor sedat. Verum alii sequentium principium hoc fecerunt, facere simile. Quoniam vero, ut dixi, utroque modo dictum neutro verisimile est, multi ad ipsius scripturam permutandam se converterunt, quemadmodum et alia, quaecunque uno in nomine obscuritatem continent. Et nonnulli quidem per *ο* et *ρ* primam syllabam, secundam vero per *γ* et *ι* scribunt, *ὀργίσασθαι*, id est irasci; alii primam syllabam per

καὶ α, ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον. εἶτ' ἐφεξῆς φασιν ἐν παραδείγματος μοίρᾳ λελέχθαι τὸ οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει. γέγραπται μὲν οὖν τοῦτο κατὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων, ὀρθῶς δὲ ἐν τοῖς κατὰ Διοσκορίδην οὐ γέγραπται. φαίνεται μὲν γὰρ ὡς ἐξηγήσει προσγραφὲν ὑπό τινος, αὖθις δὲ εἰς τοὔδαφος ὑπὸ τοῦ βιβλιογράφου μετατεθεῖσθαι. τό γε μὴν διὰ τοῦ γ καὶ ι γραφόμενον, ὀργίσασθαι πάνυ κακόζηλόν ἐστι καὶ πόῤῥω τῆς Ἱπποκράτους ἑρμηνείας, ἐάν τε ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐάν τε ἐπὶ τῶν θεραπευομένων λέγηται μορίων ἐάν τε ἐπὶ τῶν χυμῶν. τὸ γὰρ οἷον εἰς ὀργὴν αὐτὰ προτρέψαι καὶ ἐπεγεῖραι πρὸς τὴν ἔκκρισιν ἡγοῦνται δηλοῦσθαι διὰ τοῦ ὀργήσασθαι ῥήματος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐκαταφρόνητα καὶ σμικρὰ, καθάπερ καὶ πάνθ' ὅσα περὶ τῆς λέξεως ἐξήγηται, τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας φυλαττομένης. ἐὰν δὲ κἀκεῖνα κινῆται, φευκτέον ἡμῖν ἐστι τὰς τοιαύτας γραφὰς, ὥσπερ κἀνταῦθα, σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἐξηγητῶν προσιεμένων, θεραπείας τινὰς ἐνίοτε διὰ τῶν ὁμοίων γίνεσθαι, καὶ μὴ διὰ παντὸς ὑπὸ τῶν ἐναντίων,

ε et ρ, fecundam per γ et α, ἐργάσασθαι, hoc eft facere. Deinde ajunt, deinceps loco exempli additum fuiffe illud, veluti dolorem dolor fedat. Sane ita in multis codicibus fcriptum reperitur, fed recte in Diofcoridis exemplaribus fcriptum non eft: videtur enim ab aliquo explanationi adjectum fuiffe, poftea vero inter auctoris ipfius verba ab libri fcriptore fuiffe infertum. Verum, quod per γ et ι fcriptum eft, ὀργίσασθαι, id eft irafci, affectatum admodum et ab Hippocratis elocutione longe alienum eft, five de nobis ipfis, five de iis, quae curantur membris, five de humoribus dicatur: nam ipfa veluti ad iram concitare et ad expulfionem ftimulare, fignificari ajunt per hoc verbum ὀργίσασθαι. Sed haec contemnenda exiliaque funt, quemadmodum et reliqua omnia, quae incolumi rerum veritate de vocabulis difputantur. Quod fi et ipfae res labefactentur, hujusmodi a nobis fcripturae fugiendae funt, ficut hoc loco omnibus fere interpretibus curationes quasdam interdum per fimilia fieri concedentibus et non fem-

ὅπερ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ὑπονοήσας τινὰς οἰήσεσθαι δι᾽ ἑνὸς παραδείγματος ἐνεδείξατο τὴν ἀπάτην αὐτῶν, ἐν ἀφορισμοῖς γράψας· ἔστιν ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος, νέῳ εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται, θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται. ψυχρὸν γὰρ πάθος ὄντα τὸν τέτανον ὁμοίῳ βοηθήματι δόξει τις λύεσθαι, ψυχρὸν ὕδωρ καταχέων αὐτῷ. τὸ δ᾽ οὐχ οὕτως ἔχει, θερμασίας γὰρ ἐπανάκλησιν ποιησάμενον ὠφελεῖ, ὡς εἴ γε μὴ ποιήσαιτο ταύτην, ἐσχάτως βλάψει. ὥσπερ δὲ τοῦτο δοκοῦν εἶναι βοήθημα ψυχρὸν τῷ θερμαίνειν ὠφελεῖ ποτὲ πάθος ψυχρὸν τὸν τέτανον, οὕτως ἕτερα θερμαίνοντα κατὰ συμβεβηκὸς ψύχει, διαφοροῦντα τὴν πυρώδη θερμασίαν. καί μοι περὶ τούτων ἐν ὅλῃ τῇ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πραγματείᾳ γέγραπται, διὰ τῶν ἐναντίων βοηθημάτων τῷ πάθει τὴν θεραπείαν ἐπιδεικνύντι γίνεσθαι διὰ παντός. οἱ δὲ δι᾽ ὀδύνης μείζονος ἡγούμενοι θεραπεύεσθαι τὴν ἐλάσσονα μέγιστόν τι παρορῶσιν. οὐ γὰρ ἡ ὀδύνη τὴν θεραπείαν ἐργάζεται τῆς ὀδύνης, ἀλλὰ τὸ σὺν τῇ ὀδύνῃ βοήθη-

per a contrariis, quod ipſe Hippocrates ſuſpicatus alioquin quosdam opinaturos, unico exemplo eorum deceptionem indicavit in aphoriſmis ſcribens: Quandoque in nervorum diſtentione ſine ulcere juveni carnoſo, aeſtate media, frigidae multae infuſio caloris revocationem facit; calor autem haec ſanat. Frigidum namque affectum nervorum diſtentionem ſimili auxilio ſe curare quispiam putaverit, ſi frigida ipſum aqua conſperſerit; id vero haud ita habet, nam retractionem caloris efficiens juvat, quam niſi efficeret, ſummam noxam inferret. Atqui ſicuti hoc auxilium frigidum eſſe cum videatur, calefaciendo, nonnunquam frigidum morbum nervorum diſtentionem tollit, ita alia contra calefacientia ex accidenti refrigerant, igneum calorem digerentia; de his vero mihi in omnibus de methodo curativa libris late diſputatum eſt, per auxilia affectui adverſantia ſemper curationem fieri declaranti. Sed qui majori dolore minorem curari arbitrantur, mirifice fallantur, neque enim dolor dolorem curat, ſed remedium,

μα τοῦ ποιοῦντος αὐτὴν πάθους. ἔμαθες γὰρ ὡς οὐδενὸς συμπτώματος ἡ θεραπεία γίνεται πρώτως, ἀλλ' ἀεὶ τῆς ἐργαζομένης αὐτὸ διαθέσεως. εἰ δέ τις οὐδέποτε μὲν πρώτως, ἐνίοτε δὲ κατὰ συμβεβηκὸς φαίη τὰ ὅμοια τῶν ὁμοίων εἶναι θεραπευτικὰ, διὰ μέσων τῶν πρώτως ἐναντίων, ἀληθῆ τέ φησι καὶ μεμάθηκας ἐπιστημονικῶς αὐτὸ διά τε τῆς θεραπευτικῆς πραγματείας καὶ προσέτι διὰ τῶν εἰς τοὺς ἀφορισμοὺς ὑπομνημάτων. ὃ δὲ λέγουσί τινες ὡς καύσας τις ἰσχίον, ὡς ἐπὶ τῶν ἰσχιαδικῶν, δι' ὀδύνης ὀδύνην ἰάσατο, πρόδηλον ἔχει τὴν ἀτοπίαν. οὐ γὰρ διὰ τὴν ὀδύνην ἐθεραπεύθη τὸ πάθος, ἀλλὰ διὰ τὴν καῦσιν, ᾗ συμβέβηκε κατὰ τύχην ὀδύνη. θλάσας γέ τοί τις ἢ τεμὼν ἢ ὅπως [398] ἑτέρως εἰς ὀδύνην ἀγαγὼν τὸ μόριον οὐκ ἂν ἰάσαιτο. καίτοι γ' εἴπερ ἦν ἡ ὀδύνη τῆς ὠφελείας αἰτία, διὰ παντὸς ἂν ἐθεράπευσε ἰσχιάδας. οὕτω δὲ καὶ τὸν ὀδυνώμενον ὀδόντα δι' ὀδοντάγρας κομισάμενός τις, ἀνώδυνον εἰργάσατο τὸν ἄνθρωπον, οὐ διὰ τὴν γενομένην ὀδύνην διαι-

quod cum dolore affectum doloris auctorem delet. Nam alibi didicisti, nulli symptomati primario, sed ipsum creanti affectui curationem semper deberi. Quod si quis neutiquam primo, sed interdum ex accidenti similia similibus curari per media illa, quae primo contraria sunt, dixerit, iste vera dicit, idque ita esse et ex libro de ratione curandi per scientiam didicisti et adhuc ex nostris in aphorismos commentariis. Quod vero aliqui dicunt quempiam, coxa adusta, ut in coxendicis morbo contingit, dolore dolorem sanavisse, nimirum perspicue absurdum est; neque enim a dolore, sed ab exustione, cui forte dolor adjunctus erat, aegritudo sanata fuit. Nam si quispiam contudisset aut secuisset aut quocunque alio modo dolorem membro intulisset, nequaquam ipsum sanare potuisset; atqui si dolor sanitatis auctor esset, undelibet excitatus coxendicis morbum tollere debuisset. Eodem modo et dentem dolore vexatum si quis evellens, hominem dolore liberet, non per dolorem in extrahendo dente con-

Ed. Chart. IX. [898.] Ed. Baf. V. (459.)

ρουμένου τοῦ ὀδόντος, ἀλλὰ διὰ τὴν διαίρεσιν ἣ συνυπῆρχεν ἡ ὀδύνη, ὡς εἴ γε καὶ χωρὶς ὀδύνης ἦν ἐξελεῖν αὐτὸν, ὁμοίως ἂν ὁ κάμνων ἀνώδυνος ἐγένετο. καθάπερ γε καὶ χωρὶς ἐξαιρέσεως, ἐὰν θλίβων τις ἢ διακινῶν αὐτὸν ὀδυνήσῃ, τὸ μὲν ἄλγημα σφοδρότερον ἐποίησεν, οὐδὲν δὲ ὠφέλησεν. ἑκατέρωσε τοίνυν εὔδηλόν ἐστιν ἀνωφελῆ τοῖς ὀδυνωμένοις εἶναι τὴν ὀδύνην, ὅσον ἐφ' αὑτῇ. διά τε γὰρ τῶν ἀνωδύνων βοηθημάτων πολλὰ θεραπεύεται τῶν ὀδυνωμένων μορίων, ἐφ' ἑτέρων τε πολλάκις ὀδύναι μεγάλαι, διὰ τῶν προσφερομένων ἔξωθεν γινόμεναι, παῦλαν οὐδεμίαν τοῖς διά τι πάθος ὀδυνωμένοις ἐπιφέρουσιν. ἓν γὰρ μόνον ἐστὶ τὸ ἰώμενον, ὅπερ ἂν ἐκκόπτῃ τὴν διάθεσιν ὁπωσοῦν, ἐάν τε χωρὶς ὀδύνης, ἐάν τε σὺν ταύτῃ· κατὰ δὲ τὸν αὐτῆς λόγον ὀδύνη παύειν ὀδύνην οὐ πέφυκεν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν παροξύνειν. τοῦτο μὲν οὖν τὸ παράδειγμα φανερῶς ἐστι κίβδηλον, ἐφ' ἕτερον δέ τι μεταβάντες ὧν εἰρήκασι καὶ τὴν κατ' ἐκεῖνον μοχθηρίαν θεασώμεθα. φασὶν οὖν ἔμετον ἐμέ-

citatum, fed per extractionem, cui dolor conjunctus erat, id affecutus fuit, quoniam fi citra dolorem etiam dentem eximere potuiffet, pariter aegrotans a dolore liber evafiffet; quemadmodum fi et absque evulfione quis dentem premens aut quatiens dolorem irritet, dolorem quidem acerbiorem reddiderit, nihil tamen levamenti attulerit. Utrinque apparet igitur, quantum in ipfo eft, inutilem dolentibus effe dolorem. Etenim per auxilia anodyna vocata, hoc eft dolorem fedantia, multa dolentia membra fanantur; in aliis vero plerumque dolores magni per exterius adhibita illati ex aliquo affectu, dolentibus nullum laxamentum praebuerunt; unum enim folum eft, quod medeatur, quod affectum utcunque, five citra dolorem, five cum dolore exfcindit; dolor vero fuapte natura non dolorem fedare, fed contra omnino irritare idoneus eft. Hoc igitur exemplum evidenter falfum eft; verum ad alterum quoddam eorum, quae ifti dicunt, tranfeuntes illius quoque abfurditatem contemplemur. Dicunt igitur

τῷ θεραπεύεσθαι πολλάκις καὶ κλυστῆρι δριμεῖ διαχωρήματα δακνώδη. ἔστι δὲ κἀνταῦθα μία μὲν ἴασις ἐκκόψαι τὴν διάθεσιν, ὑφ᾽ ἧς ἤτοι ναυτιώδεις εἰσὶν ἢ συνεχῶς ἐξίστανται δακνόμενοι. γίνεται δὲ τοῦτο διττῶς, ὡς ἔμαθες, καθ᾽ ἕνα μὲν τρόπον ἐκκενωσάντων ἡμῶν τοὺς χυμοὺς, ὅσοι τήν τε ναυτίαν καὶ τὴν τῶν ἐντέρων δῆξιν εἰργάσαντο. καθ᾽ ἕτερον δὲ, πεμψάντων τε καὶ μεταβαλλόντων εἰς ποιότητα χρηστὴν ἢ ἐπικερασάντων. ἐδείχθη δὲ κἀπὶ τούτων ἡ ἴασις ὑπὸ τῶν ἐναντίων γινομένη. τό τε γὰρ ὅλως ἐκκενῶσαι τὴν ἀλλότριόν τε καὶ παρὰ φύσιν χυμὸν ἐναντίον ἐστὶ τῷ ἴσχειν, ἥ τε κατὰ ποιότητα μεταβολὴ διὰ τῆς ἐναντίας γίνεται ποιότητος. ἀλλ᾽ οὐ χρὴ ζητεῖν ἐνταῦθα, δεδειγμένου καθ᾽ ὅλην τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον, ἀεὶ διὰ τῶν ἐναντίων γίνεσθαι τὴν θεραπείαν. ἐπεὶ δὲ πολλάκις ἀπό τε τῶν ἐμπειρικῶν καὶ τῶν μεθοδικῶν λόγων ἀναγόμενοι διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν αὐτὸ, παραπλησίους λέγοντες λόγους, οὓς ἄρτι

vomitum vomitu et acri clyftere mordaces dejectiones faepe curari. Eft vero et in hoc cafu una fane curatio affectum exfcindere, ob quem vel naufeabundi funt vel crebro intestinorum morfu ftimulati, ad exonerandum ventrem confurgunt. Id autem, ut didiciftis, bifariam fit, uno quidem modo nobis eos humores evacuantibus, qui et naufeam ftomacho et inteftinis morfum inferunt; altero autem eos cum coquentibus et in optimam qualitatem mutantibus aut contemperantibus. Oftenfum vero eft et in his medicationem per contraria fieri: nam prorfus evacuare alienum naturaeque inimicum humorem, ejusdem retentioni contrarium eft et qualitatis mutatio per contrariam qualitatem fit. Caeterum hujusmodi quaeftionis agitandae hic locus non eft, cum in omnibus curativae methodi voluminibus femper a contrariis curationem fieri demonftraverimus. At quoniam faepius empiricorum methodicorumque rationibus adducti quidam hoc medicinae fundamentum impugnare atque evertere conantur, rationes proxime

διῆλθον, ἴσως ἄμεινόν ἐστι μετὰ τὸ συμπληρῶσαι τὴν ἐξήγησιν τοῦ προκειμένου, ποιῆσαί τι βιβλίον, ἐν ᾧ δειχθήσεται τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα ὑπάρχοντα μόνα πρώτως τε καὶ καθ' ἑαυτά. κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ καὶ φαλακρὸς ἰατρὸς φαλακρὸν ἄῤῥωστον ὅμοιος ὅμοιον ἰᾶσθαι δύναται καὶ φοξὸς φοξὸν καὶ χωλὸς χωλόν. τὸ δὲ γενησόμενον βιβλίον ἐπιγραφήσεται περὶ τοῦ καλῶς ὑπὸ Ἱπποκράτους εἰρῆσθαι, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα. νυνὶ δ' ἀφικόμεθα πάλιν ἐπὶ τὴν τῆς προκειμένης ῥήσεως ἐξήγησιν, ἐν ᾗ διὰ τοῦ ε καὶ ρ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἔφην ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις γεγράφθαι, μετὰ τοῦ καὶ τοὺς παλαιοτάτους ἐξηγητὰς ἐπίστασθαι ταύτην. ἐφυλάξαντο δὲ αὐτὴν καὶ οἱ περὶ τὸν Διοσκορίδην καίτοι πολλὰς τῶν ἀρχαίων γραφῶν ὑπαλλάττοντες. εἴη ἂν οὖν ὁ Ἱπποκράτης ὡς ἐν ὑπομνήματι γεγραφὼς ἑαυτῷ [399] καθάπερ ἄλλας πολλὰς συμβολικῶς τε καὶ βραχέως, οὕτω καὶ τὸ ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον (460) προειρηκὼς ὡς ἐνίοτε βέλτιόν ἐστι συμπράττειν τοῖς κρινομένοις, ἐπήνεγκεν ὁρμᾶσθαι τὸ ὅμοιον,

dictis fimiles afferentes, fortaffe melius fuerit, poftquam praefentis libri explanationem abfolvero, libellum aliquem componere, in quo apertiffime demonftretur, contraria fola primo atque per fe contrariorum effe remedia. ex accidenti namque calvus medicus calvum aegrotantem, fimilis fimilem medicari poteft et ob longi acutique capitis aegrotantem et claudus claudum. Futuri autem libri infcriptio talis erit: Quod recte ab Hippocrate dictum fit contrariorum contraria effe remedia. Nunc iterum ad propofitae vocis declarationem revertamur, in qua per ε et ρ primam fyllabam in veteribus codicibus fcriptam effe et hanc vetuftiffimos interpretes agnofcere dicebamus. Hanc vero et Diofcoridis fectatores fervaverunt, quamvis multas ex antiquis fcripturis permutarent. Hippocrates igitur, ut per commentarium fibi ipfi, quemadmodum et alia multa conjecturaliter ac breviter, ita et hoc forte fcripfit, facere fimile, cum praedixiffet, nonnunquam melius effe iis quae vacuantur, auxiliari, fubdidit, efficere

τουτέστιν ἀναμίξαι τῷ κενουμένῳ καλῶς χυμῷ τὸ ὅμοιον. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ τὸ ἐπιφερόμενον αὐτῷ, τὰ ἀνόμοια, κατὰ τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἐξηγήσασθαι. καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἀνομοίους χυμοὺς συνεκχυμοῦν προσήκει τοῖς καλῶς κενουμένοις. εἰ δὲ κἀπὶ τοῦ μεταβάλλειν καὶ ἀλλοιῶσαι καὶ πέψαι βούλοιτό τις ἀκούειν τὸ ἐργάσασθαι, καὶ οὕτω ἂν ἔχοι νοῦν ἰατρικὸν ἡ λέξις. ἐὰν γὰρ ἐκκρίνηταί τις καλῶς χυμὸς, συνεκχυμῶσαι τούτῳ, τουτέστιν ἐξομοιῶσαί τε καὶ συνεκκρῖναι προσήκει τοὺς δεομένους κενώσεως, ἐάν τε ὁμοιότητά τινα ἔχωσι πρὸς αὐτὸν, ἐάν τε ἀνομοιότητα, δυνατόν ἐστι καὶ διελόντα τὴν λέξιν ὡς τελευτὴν ποιήσασθαι τῆς προτέρας ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον, τῆς δὲ δευτέρας, ἐπ' αὐτὴν πάλιν ἀρχὴν ποιήσασθαι τήνδε, τὰ ἀνόμοια, εἰ ῥέποι ἄνω ἀρθέντα, κάτω λύειν, ὡς εἶναι τὴν διάνοιαν τοιάνδε, τὰ ἀνόμοια ὑγρὰ τοῖς μορίοις εἰς ἅπαν, ἄνω μὲν ἀρθέντα, κάτω λύειν, εἰ δὲ κάτω ῥέψειεν, ἀντισπᾷν ἄνω, νοούντων ἡμῶν ἀνόμοια λελέχθαι, τὰ τοῖς τόποις οὐκ οἰκεῖα. τὴν δ'

fimile, hoc eft commifcere cum eo, qui bene evacuetur humore, alium fimilem. Poffumus autem et quod fequitur, diffimilia, in eandem fententiam interpretari; etenim diffimiles quoque humores una cum iis, qui congrue evacuantur, exhaurire convenit. Si quis autem operari vel efficere, ita explanare velit, hoc eft mutare et alterare: et concoquere, ita quoque medicinalem fententiam fermo habuerit. Si enim fuccus aliquis merito excernatur, *συνεκχυμῶσαι τούτῳ*, id eft ifti fimiles reddere, unaque evacuationis indigenter fuccos excernere convenit, five ipfi aliquo modo fimiles five diffimiles fint. Poffumus quoque et fermonem dividentes, finem prioris facere, efficere fimile; pofterioris autem rurfum principium hoc ftatuere; diffimilia fi furfum vergant elata per inferna folvere, ut hujusmodi fententia fit, humores membris in totum diffimiles furfum verfus petentes deorfum trahere; fi vero deorfum vergant, furfum revellere; nobis ea diffimilia dicta effe intelligentibus, quae a locis aliena funt. Eo-

αὐτὴν ἐξήγησιν ποιησόμεθα καὶ κατὰ τὴν ἑτέραν γραφὴν, ἐφ᾽ ἧς ἡ πρώτη συλλαβὴ διὰ τοῦ ο καὶ ῥ γέγραπται. τὸ γὰρ ὀργίσασθαι τὸ ὅμοιον ἐροῦμεν δηλοῦν ἕκαστον ἡμῶν ἐργάσασθαι χρῆναι ἐκχυμουμένους χυμοὺς, ὁμοίους τοῖς κενουμένοις, ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς ἀνομοίους ὁμοίους ποιητέον. δύναται δ᾽ ἴσως, ὥσπερ ᾠήθησαν ἔνιοι, ὀργίσασθαι ἐκ μεταφορᾶς ἀπὸ τῶν ὀργώντων εἰρῆσθαι ζώων. καὶ γὰρ φαίνεται χρώμενος αὐτὸς οὕτως ὅταν εἴπῃ, φαρμακεύειν ἐν τοῖσι λίην ὀξέσιν, ἢν ὀργᾷ αὐθημερόν. ἐπὶ γὰρ τῶν ἑτοιμοτάτων εἰς ἔκκρισιν ἐπειγομένων τε πρὸς κένωσιν ὑγρῶν, ἐνταῦθά τε καὶ κατ᾽ ἄλλους ἀφορισμοὺς φαίνεται χρώμενος τῇ ὀργᾷν φωνῇ. οὕτως οὖν καὶ νῦν εἰκός φασιν εἰρῆσθαι περὶ τῶν χυμῶν, ὀργίσασθαι, τὸ πρὸς ἔκκρισιν ἑτοίμους αὐτοὺς παρασκευάσαι, πάλιν οὖν ἀφ᾽ ἑτέρας ἀρχῆς εἴς τι χρήσιμον ἀγάγωμεν ὡς οἷόν τε τὸν λόγον. ἐπεὶ γὰρ ἔφη τὰ ἄνω ἀρθέντα, κάτω λύειν καὶ τὰ ἐναντία τὸ αὐτὸ, τὰ μὲν ἀρθέντα τὰ οἷον ὁρμήσαντα δηλοῦν ἡγητέον, ἵνα περὶ

dem modo et alteram fcripturam explanabimus, ubi prima dictionis fyllaba per *o* et *ῥ* fcripta eft. Nam, irritare fimile, id fignificare dicemus, ut fcilicet unusquisque noftrum ut humores effundantur aeque atque ii qui evacuantur, efficere debeat; pariter autem et diffimiles reddendi. Sed forfan, ut nonnulli crediderunt, hoc verbum irritare per translationem ab animalibus turgentibus, hoc eft in venerem concitatis dictum effe poterit: ita enim ipfe uti videtur, cum dixit in aphorifmis: Medicari in valde acutis, fi turgeat, eodem die, nam in humoribus ad exitum paratiffimis et ad evacuationem properantibus, in proxime dicto et in aliis aphorifmis hac voce, *turgere*, uti videtur. Ita igitur et hoc loco, ajunt, par eft ab eo de humoribus irritare dictum effe, hoc eft ad expulfionem habiles ipfos efficere. Rurfum itaque ab altero initio ad aliquod utile, quoad ejus fieri poffit, orationem convertamus. Poftquam enim dixit furfum elata deorfum folvere et contraria itidem, elata quidem idem quod concitata

τῆς πρώτης γενέσεως τοῦ πάθους ὁ λόγος αὐτῷ γένηται, κελεύοντι πρὸς τοὺς ἐναντίους τόπους ἀντισπᾶν αὐτίκα, κάτωθεν μὲν ἐπὶ τῶν ἄνωθεν ἐχόντων τὴν γένεσιν, ἄνωθεν δὲ ἐπὶ τῶν κάτωθεν, ὅπως τῷ μὲν αὐτῷ λογισμῷ χρώμενοι τὴν βοήθειαν ποιώμεθα, πρὸς διαφέροντας δὲ ἄγωμεν τόπους. ἐὰν γοῦν αἰσθώμεθα κατασκῆπτον εἰς πόδας καὶ σκέλη ῥεῦμα, διὰ τῶν κατ' ἀγκῶνα φλεβῶν ἀφαιρήσομεν αἵματος ἢ καθαίρωμεν ἐμέτοις, οὐχ ὥσπερ ἔνιοι νομίζουσι μηδέποτε ἀντισπᾶν ἄνω, κἂν εἰς τὰ κάτω χωρία τὴν ὁρμὴν τῶν χυμῶν ποιησαμένων μέγα τι μέλλῃ γενέσθαι πάθος ἐν αὐτοῖς. ἔστι δὲ καὶ τὸ ἄνωθεν ἀρθέντα νοεῖν εἰρῆσθαι κατὰ τῶν ὁρμησάντων χυμῶν ἄνω, ἵνα τὰ ἀρθέντα κυριώτερον ᾖ λελεγμένον. ἡ μέντοι διάνοια ἡ αὐτὴ καὶ νῦν μένει. τοὺς μὲν γὰρ αἰρομένους ἄνω χυμοὺς, τουτέστι μετεωριζομένους, ἀντισπᾶν χρὴ κάτω μὴ καλῶς ὁρμῶντας, τοὺς δ' ἔμπαλιν ἐναντίως, οἷον ἐπὶ κεφαλῆς κάθαρσιν διὰ ὑπηλάτου φαρμάκου, παραλαμβάνοντας καὶ φλεβοτομίαν ἀπ' ἀγκῶνος. ἀμφότερα γὰρ ἐκκενοῦσι καὶ ἀντισπῶσι κάτω.

ſignificare putandum eſt, ut de primo affectus exortu ipſi ſermo fiat, jubenti ad contraria loca ſtatim retrahere deorſum quidem in iis quae ſuperius ortum habent, ſurſum vero in iis quae inferius; ut eadem regula utentes opem feramus et ad differentia loca abducamus. Igitur ſi in pedes et crura flexionem decumbere ſenſerimus, ex cubiti venis ſanguinem mittemus aut vomitu purgabimus; non, ut quidam putant, nequaquam ſurſum retrahendum eſt, licet, ad inferiora proruentibus ſuccis, magnus aliquis in ipſis morbus futurus ſit. Poteſt autem intelligi et illud, ſurſum elata, de humoribus ſuperiora petentibus, ut ea vox, *elata*, magis proprie dicta ſit; ſententia vero et nunc eadem remanet. Humores namque ſurſum elatos, hoc eſt ſublime petentes, deorſum verſus retrahere haud recte impetum facientes oportet et contra decurrentes in oppoſitum ducendi ſunt, ut in capite vitiato purgatione per alvum et ſectione venae cubiti utendum eſt: utrumque enim evacuat retrahitque deorſum. Veriſimile autem

πι- [400] θανὸν δέ ἐστι καὶ τἀναντία λελέχθαι πρὸς αὐτοῦ κατὰ τοιαύτην τινὰ διάνοιαν. τὰ ἄνωθεν ἀρθέντα καὶ γεννηθέντα πάθη κάτω μὲν ἀντισπᾷν εὐθέως ἐν ἀρχῇ προσήκει. καὶ τἀναντία δὲ τούτων πράττειν ἐφεξῆς, ὅπερ ἐστὶ τοπικῶς κενοῦν, οἷον ἐπὶ κεφαλῆς. τῷ γοῦν ὄπισθεν κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ ἐν μετώπῳ ἡ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα ὠφελέει, τοπικὸν οὖσα βοήθημα.

ι.

Αἱ ἀποστάσιες, οἷον βουβῶνες, σημεῖον μὲν τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων, ἀτὰρ καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ περὶ τὰ σπλάγχνα. κακοήθεες δὲ οὗτοι.

Πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν ὀδύνην σημαίνει ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοις. μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου παραφροσύνην σημαίνει, ψυχρὸς δὲ ἐκ τοῦ μυκτῆρός τε καὶ στόματος προερχόμενον ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται.

fuerit et contraria ab ipſo in hujusmodi ſenſum dicta eſſe: Superius elatos humores et creatos affectus ad inferiora ſtatim ab initio retrahere convenit et contraria his deinceps facere, quod eſt a loco evacuare; ut in capite poſteriora capitis dolentem recta frontis vena inciſa juvat, quae locale remedium eſt.

X.

Abſceſſus quales bubones, ſigna quidem ſunt locorum propagines habentium, tum aliorum, tum praecipue viſcerum; at hi maligni ſunt.

Spiritus autem creber phlegmonem in partibus ſupra interſeptum ſignificat. Magnus vero et longo temporis intervallo poſt rediens delirium oſtendit. Frigidus vero ſi ex naſo et ore prodierit, jam valde pernicioſus eſt.

ια'.

Πνεύματα σμικρὰ πυκνὰ, μεγάλα ἀραιὰ, σμικρὰ ἀραιὰ, πυκνὰ μεγάλα. εἴσω μεγάλα, ἔξω σμικρά. τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον. διπλῆ ἔσω ἐπανάκλισις οἷον ἐπιπνέουσι, θερμὸν, ψυχρόν.

ιβ'.

Ἰητήριον χασμέων συνεχέων μακρόπνους.

Καὶ ταύτην τὴν ῥῆσιν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐξηγησάμεθα.

ιγ'.

Ἐν τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις βραχύπνους.

[401] *Ὥσπερ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν τὰ πλεῖστα τῶν ἀντιγράφων ἔχει τὴν ῥῆσιν οὕτω γεγραμμένην, ἐν τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις μακρόπνους, οὕτως ἐνταῦθα,*

XI.

Spiritus parvi, denſi; magni, rari; parvi, rari; denſi, magni; intus magni, extra parvi; hic extendens, ille urgens. Dupla intro revocatio, qualis ſuperſpirantibus. Calidus, frigidus.

XII.

Aſſiduarum oſcitationum longa ſpiratio medela eſt.

Hunc quoque textum in ſecundo epidemiorum libro explanavimus.

XIII.

Non aut vix bibentibus brevis ſpiratio.

Quemadmodum in epidemiorum ſecundo plurima exemplaria textum ita ſcriptum continent: *Non aut vix bibentibus longa reſpiratio:* ſic hic, *brevis reſpiratio.* A

βραχύπνους. εἴρηται δὲ αὐτάρκως ἡμῖν ὑπὲρ ἑκατέρας τῆς γραφῆς ἐν τοῖς εἰς τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν ὑπομνήμασι.

ιδ'.

Κατ' ἴξιν καὶ πλευρέων ὀδύνη καὶ συντάσιες ὑποχονδρίων καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιες καὶ ὦτα κατ' ἴξιν· τούτων τὰ πλεῖστα ταῦτα καὶ εἰς ὀφθαλμούς.

Ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ἀντιγράφων ἡ λέξις οὕτως ἔχει καθότι νῦν γέγραπται. σπανίως δ' ἂν εὕροις καὶ τήνδε κατ' ἴξιν καὶ πλευρέων ὀδύνη καὶ τῶν ὑποχονδρίων τάσιος καὶ σπληνὸς ἐπάρσιος καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιος, ἥν τινα κἀγὼ προσίεμαι γραφὴν οὖσαν ἰατρικήν τε καὶ σαφῆ. καὶ μέντοι δηλούμενον κἀκ τῆς ἑτέρας λέξεως ταὐτόν ἐστι καὶ προεξηγησάμεθά τε κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν ταύτην τὴν ῥῆσιν. νυνὶ μέντοι περιττότερον πρόσκειται τὸ τῶν ὤτων καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ὡς καὶ τούτων τῶν μορίων ὑποπεπτωκότων τῷ κατ' ἴξιν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα διττῶς.

nobis autem de utraque lectione in commentariis ſecundi epidemiorum abunde dictum eſt.

XIV.

In directum laterum dolor, praecordiorum diſtentiones, lienis tumores et ex naribus eruptiones fieri debent. In auribus item directio et magna ex parte talia in oculis ſpectanda ſunt.

In plurimis exemplaribus ita perſtat lectio, prout nunc ſcripta eſt. Hanc tamen et raro inveneris doloris laterum, tenſionis hypochondriorum, tumoris lienis et ex naribus eruptionis. Quam lectionem ego quoque ut medicam et dilucidam admitto. Et ſane quod ex altera lectione ſignificatur, idem eſt. Et antea in ſecundo epidemiorum hanc lectionem explicavimus. In praeſenti ſane ſupervacaneum eſt quod de auribus et oculis additur, quod hae partes his ſubjaceant quae ſecundum rectitudinem

ἐνίοτε μὲν γὰρ ἐξ ἑαυτῶν εἰς ἕτερά τινα μόρια τὰς ἀποθέσεις ποιεῖται κατ' εὐθυωρίαν, ἐνίοτε δὲ ἑτέρων πασχόντων εἰς ὀφθαλμοὺς ἢ εἰς οὖς ταῦτα ἀποσκήπτει.

ιέ.

Πότερον μὴν ἄρα πάντων ἢ τὰ μὲν κάτωθεν ἄνω, οἷα τὰ παρὰ γνάθους ἢ καὶ ὀφθαλμὸν ἢ καὶ οὖς, τὰ δὲ ἄνωθεν κάτω οὐ κατ' ἴξιν. καίτοι καὶ τὰ συναγχικὰ ἐρυθήματα καὶ πλευρῶν ὀδυνήματα κατ' ἴξιν.

Ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν οὐκέθ' ἡ λέξις αὕτη πρόσκειται, καθ' ἣν ἀπορεῖ πότερον ἐκ μὲν τῶν κάτω τῆς ἀποστάσεως ἄνω γινομένης χρησίμως ἀεὶ φυλάττεται τὰ κατ' εὐθυωρίαν. ἐκ δὲ τῶν ἄνωθεν κάτω διαφθείρονταί τε καὶ γίνονταί τινες οὐ κατ' ἴξιν ἀποστάσιες. ἄδηλον οὖν ἐστὶν ὁπότερα γέγραπται πρότερον, τὰ κατὰ τὸ δεύτερον

fiunt duobus modis. Interdum enim ex ſeipſis in alias quasdam partes ſecundum rectitudinem depoſitiones efficiunt; interdum vero et aliis affectis in oculos vel aurem hae decumbunt.

XV.

Conſiderandum ſane utrum omnia ſecundum rectitudinem fiant, an ea quidem quae inferne ſurſum, qualia quae circa maxillas aut oculos aut aurem fiunt. An vero quae ſuperne deorſum non in directum tendant? Quamquam anginae tumores rubicundi laterumque dolores ſecundum rectitudinem fiunt.

In ſecundo de morbis popularibus non eſt adjecta haec dictio, per quam dubitat, utrum ex inferioribus in ſuperiora abſceſſu facto, ſemper membri rectitudo utiliter ſervetur; ex ſuperioribus autem in inferiora corrumpantur ac fiant quidam non ſecundum regionem abſceſſus.

τῶν ἐπιδημιῶν ἢ ταῦτα. οὐ γὰρ δήπου ἐκ τοῦ, δεύτερον μὲν ἐκεῖνο, τοῦτο δ' ἕκτον ἐπιγεγράφθαι, πρότερον τὰ κατ' ἐκεῖνο γεγράφθαι νομι- (461) στέον, ἐν μὲν τοῖς πρὸς ἔκδοσιν ὑπ' αὐτοῦ γεγονόσιν, εὐλόγως τῆς τοιαύτης λέξεως ἐμφαινομένης, ἐν δὲ τοῖς ὑπομνήμασιν οὐκ ἔτι. [402] τὰ γὰρ ἐν διαφόροις ἢ χάρταις ἢ δέλτοις ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένα τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεσσαλὸν ἀθροίσαντά φασι ταυτὶ τὰ δύο βιβλία συνθεῖναι, τό τε δεύτερον καὶ τὸ ἕκτον, ἔνιοι δὲ καὶ τὸ τέταρτόν φασι. πρὸς ἔκδοσιν δ' ὁμολογεῖται γεγονέναι τὸ πρῶτόν τε καὶ τρίτον. διὸ καί τινας ἐπὶ προτέροις τοῖς κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν ὕστερα γέγραπται τὰ κατὰ τοῦτο τὸ ἕκτον, εἰκός ἐστι θεασάμενον ὕστερον αὐτὸν ἀπόστασιν εἰς τὰ κάτω γενομένην ἐπ' ἀγαθῷ, μὴ κατ' ἴξιν, οὕτως γράψαι τὰ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν. εἰ δ' ἀπορῶν μὲν ἐνταῦθα, κρίνας δὲ ὕστερον ὑπὲρ ὧν ἀπορεῖ βεβαίως ἀπεφήνατο κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν, ἐκείνοις μᾶλλόν ἐστι πιστευτέον. ἐν δ' οὖν τούτοις οἷς νῦν γράφει, καίτοι τὰ κυναγχικὰ ἐρυθήματα καὶ πλευρέων

Ignorum vero eſt, utrum ſecundus, iſte vero ſextus liber inſcriptus ſit, ex eo illius ſententias prius ſcriptas fuiſſe putandum eſt. In illis enim quae ab ipſo, ut divulgarentur, ſcripta ſunt, rationabiliter hujusmodi ordo apparet; in commentariis autem non itidem. Scripta namque ab Hippocrate in diverſis vel chartis vel tabulis ejus filium Theſſalum collegiſſe ajunt, duosque hos libros, ſecundum videlicet atque ſextum integraſſe, nonnulli et quartum addunt. Primum vero atque tertium, ut ederentur, compoſitos eſſe conſtat. Atque ideo quidam dicunt, ſi quae in ſecundo libro continentur, prius ea, quae in ſexto, poſterius ſcripta ſunt, Hippocratem par eſt, cum poſtea abſceſſum in inferiora non e regione utiliter factum vidiſſet, ita praeſentem ſententiam conſcripſiſſe; ſin autem hoc loco dubitans, poſterius ea de quibus dubitavit dijudicans, conſtanter in ſecundo de morbis popularibus libro ſententiam tulit, illis potius credendum eſt. In his igitur quae nunc ſcribit, atqui et anginae, rubores et

ὀδυνήματα, κατ᾽ ἴξιν ἀκοῦσαι χρὴ περὶ μεταστάσεως οὐ τῆς ἐκ τῆς πλευρᾶς εἰς τὰς κυναγχικὰς, ἀλλὰ τῆς ἐκ τῶν κυναγχικῶν εἰς τὰς πλευρὰς εἶναι τὸν λόγον. αὕτη γὰρ ἄνωθεν κάτω γίνεται, περὶ ἧς ἀπορῶν προειρήκει, τὰ δὲ ἄνωθεν κάτω οὐ κατ᾽ ἴξιν. ταῦτ᾽ οὖν ἀνθυπενέγκας ἑαυτῷ, μετὰ ταῦτ᾽ ἐπιφέρει τὰ κατὰ τὴν ἑξῆς ῥῆσιν οὕτως ἔχοντα.

ιστ΄.

Ἦ καὶ τὰ κάτω τοῦ ἥπατος, ἄνωθεν διαδιδόντα, οἷον εἰς ὄρχιας καὶ κιρσούς.

Τοῖς κυναγχικοῖς τὰς τῶν πλευρῶν ὀδύνας κατ᾽ ἴξιν γίνεσθαι προειπὼν, ἑξῆς ζητεῖ πότερα καὶ περὶ τῶν εἰς τὰ κάτω τοῦ σώματος ἀποστάσεων ἀεὶ φυλάττεται τὸ κατ᾽ ἴξιν ἢ οὒ, καθάπερ ἐν τῇ πρὸ ταύτης ῥήσει διηπόρησεν. ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν ἔφη τὰς εἰς τὰ κάτω τοῦ ἥπατος, ὅρον ὡς ἔοικε τιθέμενος τὸ ἧπαρ τῶν ἄνω τε καὶ κάτω τοῦ σώματος

coftarum dolores, fecundum rectum, de transmutatione, non ex coftarum morbo in anginam, fed ex angina in coftarum vitium, fermonem effe intelligendum. Haec enim a fuperioribus in inferiora fit, de qua ambigens praedixerat, quae a fuperis in inferiora, non fecundum rectum. Haec itaque cum fibi ipfi objecta fubintuliffet, poftea ea infert, quae in fequenti oratione ita fe habent.

XVI.

An quae fuperne infra jecur diftribuuntur, qualia quae in teftes et varices decumbunt, haec quoque fpectanda funt.

Angina laborantibus coftarum dolores fecundum rectum fieri praefatus, deinceps quaerit, in abfceffibus ad inferiora corporis depulfis, femper fitus rectitudo fervetur, nec ne, quemadmodum in proximo ante hunc fermonem dubium revocavit. Sed ibi dixit, abfceffus, qui ad inferiora; nunc dixit, abfceffus infra jecur, fuperiorum in-

ἁπάντων μορίων. ἔζευκται γὰρ αὐτοῦ τὰ κυρτὰ τῷ διαφράγματι, καὶ διὰ τοῦθ᾽ ὅσα τοῦ ἥπατός ἐστιν ἄνω, ταῦτα καὶ τοῦ διαφράγματος ἄνω τετύχηκεν ὄντα, τὰ κατὰ τὴν καρδίαν δηλονότι καὶ πνεύμονα καὶ τὸν ταῦτα περιέχοντα θώρακα καὶ πολὺ μᾶλλον ἔτι τὰ κατὰ τὸν τράχηλόν τε καὶ κεφαλήν. τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα κάτω τοῦ σώματός ἐστι, πρὸς ἄλληλα μέντοι παραβαλλόμενα καὶ αὐτῶν τῶν ἄνω τὰ μὲν μᾶλλόν ἐστιν ἄνω, τὰ δ᾽ ἧττον. ἔθος δ᾽ ἐστὶν ἡμῖν ἐν τοῖς οὕτω λεγομένοις πᾶσιν, ἐνίοτε τὸ μὲν ἧττον ἄνω κάτω λέγειν, ὡς πρὸς τὸ ὑπερκείμενον αὐτοῦ παραβάλλουσι. τὸ δ᾽ ἧττον κάτω καὶ τοῦτ᾽ ἄνω πρὸς τὰ κάτωθεν αὐτοῦ καὶ διὰ τὴν ἀμέλειαν τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας εἰς ἔθος οὐκ ὀλίγον ἐκτεταμένης, ὁμωνυμία τέ τις γίνεται καὶ ταραχὴ κατὰ τοὺς λόγους, ἧς δὴ μεμνη- [403] μένοι, ὅταν ἀκούσωμεν λέγοντος αὐτοῦ τὰς εἰς τὰ κάτω, τῶν ἀποστάσεων ἀμείνους εἶναι, σκοπεῖσθαι χρὴ κατὰ τίνα τρόπον χρήσεως εἴρηκε κάτω, μετὰ τοῦ καὶ προσδιορίζεσθαι τὰ τῶν μορίων ἀξιώ-

feriorumque omnium corporis partium jecur, ut videtur, terminum statuens. Ipsius enim devexum transverso septo adnexum est, quocirca et quaecunque supra jecur, haec eadem et supra septum exstant, cor scilicet, haec ambiens pectus adhucque multo magis collum et caput; reliqua omnia in inferioribus corporis esse dicuntur. Eorum etiam, quae superius sunt, si inter se conferantur, aliqua magis supra sunt, aliqua minus. Nobis vero est consuetudo in omnibus ita dictis, interdum, quod minus supra est, infra esse dicere, ut ad superius ipso comparantibus, quod autem minus infra est et id inferioribus comparantes, superius esse diximus. Ac propter hujusmodi locutionis incuriam consuetudine longinqua confirmatam, nobis ambiguitas quaedam atque confusio in sermonibus oritur, quam memoria complectentes, cum Hippocratem dicentem audiverimus, abscessus in inferioribus corporis partibus obortos meliores esse, considerare debemus, secundum quem significationis modum, inferius esse acceperit simul-

ματα. διὰ τοῦτο γὰρ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον αἱ ἄνω τῶν ἀποστάσεων εἰσὶ χαλεπώτεραι, διότι κινδυνωδέστερα ταῦτά ἐστι τὰ πάσχοντα τὸ αὐτὸ πάθος τοῖς κάτωθεν. ἐάν τε γὰρ ἐγκέφαλος, ἐάν τε λάρυγξ ἢ στόμαχος ἢ πνεύμων ἢ θώραξ ἢ καρδία φλεγμήνῃ, θανατῶδες γίνεται τὸ νόσημα. τῶν δὲ κάτω τοῦ ἥπατος φλεγμηνάντων, ὀλίγοι πάνυ διαφθείρονται καὶ μάλιστα ἐὰν ὀρθῶς θεραπεύωνται· καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἥπατος τὰ κυρτὰ τῶν σιμῶν πολὺ κινδυνωδέστερα· καί τινες αὐτὰ τῶν ἄνω μερῶν τοῦ σώματος ὅλου τίθενται, καθάπερ καὶ τῆς γαστρὸς τὸ στόμα. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν κατὰ τὸ πάρεργον εἰρήσθω, καίτοι γ᾽ οὐκ ὄντα πάρεργα, τὸ δ᾽ ὑπόλοιπον τῆς εἰς τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἐξηγήσεως ἐφεξῆς ποιησόμεθα. ζητεῖν γὰρ ἔοικεν ὁ Ἱπποκράτης ἢ καὶ τὰ κάτω τοῦ ἥπατος ἐκ τῶν ἄνω διαδιδόντα, οἷον τὰ εἰς ὄρχεις καὶ κιρσοὺς ἄμεινόν ἐστι γενέσθαι κατ᾽ ἴξιν ἢ κἂν μὴ κατ᾽ ἴξιν γένηται, δύναται βοηθεῖν αὐτοῖς ὁμοίως. ἐπὶ τινων μὲν οὐδὲ δυνατὸν γνῶναι τὸ κατ᾽ ἴξιν.

que membrorum dignitates definiemus. Ideo namque ut plurimum abfceffus in fuperioribus excitati difficiliores funt, quod membra illa majus, quam inferiora difcrimen afferunt, cum utraque eodem affectu vexata funt. Sive enim cerebrum, five guttur aut gula aut pulmo aut pectus aut cor inflammata fint, mortifera aegritudo, membris infra jecur inflammatis pauci admodum pereunt, potiffimum fi recta curatio adhibeatur. Quin etiam jecoris ipfius devexum concavo longe periculofius eft et nonnulli ipfum inter fuperiores corporis totius partes, quemadmodum et os ventriculi, reponunt. Haec itaque a nobis obiter dicta fint, etfi non praeter propofitum fint; reliquum vero explanationis in propofitum fermonem deinceps abfolvamus. Quaerere namque videtur Hippocrates, utrum quae infra jecur ex fuperioribus delabuntur, ut in teftes et varices, e regione fieri melius fit; aut licet non e regione fiant, fuperiorum tamen partium vitiis aeque

οἷον ὅτι κιρσοὶ μανίαν ἰάσαντο, κατ' ἴξιν γενομένης τῆς ἀποστάσεως. οὐ γάρ ἐστι διακρῖναι πότερον ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ ἐγκεφάλου τῆς διαθέσεως γενομένης ἐμάνησαν ἢ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, ὥσπερ οὐδ' ἂν βηττόντων χρονίως ἄνευ πλευρᾶς ἀλγήματος ἀπόστασις εἰς ὄρχιν γένηται. καίτοι τάχα κἀπὶ τούτων διαφυλάττεται τὸ κατ' ἴξιν, εἰ καὶ μὴ γινώσκομεν ἡμεῖς βεβαίως ὁπότερον μέρος τοῦ πνεύμονος ἢ τοῦ ἐγκεφάλου πέπονθεν. ἀλλὰ καὶ μελαγχολίαν αἱμοῤῥοῖς ἰάσαιτο πολλάκις οὐδ' ἐνταῦθα γινωσκόντων ἡμῶν τὸ κατ' ἴξιν. ὅτι δὲ καὶ διὰ μήτρας αἵματος κένωσις δαψιλὴς πολλὰ τῶν νοσημάτων ἰᾶται πρόδηλον. ἀλλ' οὐδ' ἐνταῦθα δυνατὸν γνῶναι πότερον διὰ τῶν τῆς δεξιᾶς μήτρας φλεβῶν ἡ ἔκκρισις ἢ διὰ τῶν τῆς ἀριστερᾶς ἢ δι' ἀμφοτέρων ἐγένετο. ταύτῃ μὲν οὖν δυσδιάγνωστον ἢ ἄγνωστον ἔχει τὸ κατ' ἴξιν. ἐφ' ὧν δ' ἐστὶ διαγνῶναι τὸ κατ' ἴξιν κἀπὶ τούτων ὡς ἔοικεν ὁ Ἱπποκράτης σκεπτέον εἶναί

auxiliari queant. In nonnullis plane neque an e regione facta fint, dignofci poteft: ut quod varices e regione facto abfceffu furorem curaverint, neque enim perfpicere licet, in dextrisne cerebri partibus an in finiftris, affectu oborto, in furorem acti fuerint, quemadmodum neque diutius tuffientibus fine lateris dolore abfceffus in tefticulum fiat. Atqui forfan et in his locis recta oppofitio fervatur, etfi utra pulmonis aut cerebri pars affecta fit, haud certo fciamus, quoniam et melancholiam fanguinis per venas fedis effufio plerumque fanare poteft, neque tunc loci nobis paffi rectam oppofitionem cognofcentibus. Sanguinis quoque ex utero copiofum profluvium multos curare morbos omnibus in aperto eft, fed neque hic an ex dextri uteri venis an ex finiftri, an ex utroque excretio facta fit agnofcere poffumus. In his itaque affectibus cognitu difficilis eft aut omnino ignota languentis membri recta oppofitio, in quibus vero ipfam dignofcere licet et in iis Hippocrates, ut videtur, confiderandum effe ait,

φησιν ἡ διὰ παντὸς, ἐπὶ τῶν εἰς τὰ κάτω μόρια γινομένων ἀποστάσεων, ἀμείνους εἰσὶν αἱ κατ᾽ ἴξιν.

ιζ'.

Σκεπτέα ταῦτα, ὅπη καὶ ὅθεν καὶ διὰ τί.

Ἄδηλον εἴτε μόνοις τοῖς ὑστάτοις εἴτε πᾶσι τοῖς προειρημένοις ὑπὲρ τῶν κατ᾽ ἴξιν τε καὶ οὐ κατ᾽ ἴξιν ἀποστάσεων ἐπενήνεκται τοῦτο. τὸ δ᾽ οὖν λεγόμενον αὐτὸ τοιόνδε ἐστίν. ἐπισκέπτεσθαί φησι χρῆναι τό τε χωρίον εἰς ὃ ἡ ἀπόστασις [404] γίνεται. τοῦτο γὰρ ἐκ τοῦ ὅπη σημαίνεται, οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐξ οὗ. καὶ τοῦτο γὰρ ἐκ τοῦ ὅθεν δηλοῦται καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὴν αἰτίαν δι᾽ ἣν ἀπόστασις γίνεται. τοῦτο γὰρ αὖ πάλιν ἐκ τοῦ διὰ τί σημαίνεται. χρὴ γὰρ εἰδέναι πότερον ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπὶ πέψει τοῦ νοσήματος ἢ μεταῤῥυέντος ἀπέπτως τοῦ λυποῦντος, ἐξ ἑτέρου μέρους εἰς ἕτερον ἡ ἀπόστασις ἐγένετο. δύναταί δέ τις καὶ χωρίζειν ἀπὸ τῶν προειρημένων τὴν

num femper ex abfceffibus ad inferiora tranfmutatis, meliores illi fint, qui fecundum rectam oppofitionem fiunt.

XVII.

Haec animadvertenda, quo, unde et quamobrem.

Solisne ultimis an in praedictis omnibus de abfceffibus tum his qui fecundum rectitudinem, tum his qui non e regione decumbunt, hoc illatum fit, abditum eft. Quod autem dicit hujusmodi, ipfum eft. Confiderandus, inquit, locus eft, in quem decumbit abfceffus. Hac enim voce, *quo*, fignificatur. At non folum hoc, fed etiam pars, ex qua manat confideranda, quod per *unde* declaratur. Praeterea caufa qua abfceffus oritur fpectanda eft; hoc etiam rurfus ex dictione *quamobrem* fignificatur. Scire namque oportet, utrum a natura morbi coctione aut vexante humore incocto ex una parte in alteram transfluente abfceffus oriatur. Poteft aliquis hunc tex-

ῥῆσιν ταύτην, ἀρχὴν τῶν ἐφεξῆς εἰρημένων ποιεῖσθαι κατὰ τὸν προγεγραμμένον τρόπον.

ιη'.

Σκεπτέα ταῦτα ὅπῃ καὶ ὅθεν καὶ διὰ τί φλέβες κροτάφων, οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρόν.

Εἶπον ὅτι καὶ οὕτως δύναταί τις διαιρεῖν τὴν ὅλην ῥῆσιν, ὥσπερ γε καὶ κατ᾽ ἄλλον τινὰ τρόπον τόνδε. φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρὸν, ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται καὶ τὰ ἐφεξῆς. καὶ γὰρ εἰ μὴ τὸ χλώρασμα λαμπρὸν ἐνέκειτο τῷ λόγῳ, δυνατὸν ἦν πολυειδῶς διαιρεῖν ὡς ἂν ὑπομνήματος ὄντος, οὐ συγγράμματος, ἤκουσεν γὰρ ἤδη περὶ τούτου. παρεγκειμένου δὲ καὶ τοῦ, χλώρασμα λαμπρὸν, ἔτι καὶ μᾶλλον ἀσαφὴς γίνεται ὁ λόγος. εἴπομεν γὰρ ἤδη ὅτι καὶ τὰς ἄλλας ῥήσεις ἐν αἷς τὸ χλωρὸν ὄνομα γέγραπται, μὴ δύνασθαι γνωσθῆναι σαφῶς,

tum a praedictis feparare ac deinceps dicendorum initium in praefcriptum modum facere.

XVIII.

Haec confideranda, quo, unde et quamobrem venae temporum non firmentur, neque viror pellucidus fit.

Dicebam et hunc in modum totum fermonem dividi poffe, quemadmodum et alio quodam modo, eo videlicet, venae temporum non firmae, neque viriditas fplendida, fi fpiritus in ipfis relinquatur et alia deinceps. Nifi enim viriditas fplendida in oratione interjecta effet, multi formiter dividi poffet, quippe quod commentarius non liber fit: fuperius enim intellexifti de hoc. Hoc autem interjecto, viriditas fplendida, adhuc etiam magis obfcura oratio reddita eft. Alibi enim etiam fuperius diximus, ubi haec *viride* fcripta eft, qualisnam per ipfam color figni-

ὁποῖόν τι χρῶμα δηλοῦται δι᾽ αὐτοῦ. καθάπερ οὐδ᾽ εἰ χλόασμα εἴη γεγραμμένον, ὥσπερ ἔνιοι γράφουσιν. ὁρῶμεν γὰρ καὶ νῦν ἔτι καθάπερ κατὰ τὴν Κῶ αὐτὴν τὴν Ἱπποκράτους πατρίδα καὶ πᾶσαν τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν, χλωρὰ μὲν ὀνομαζόμενα καὶ λάχανα καὶ δένδρα καὶ φυτὰ τὰ οἷον χλοερά. χλωράζειν τε τὰ κτήνη λέγομεν τὰ τὴν ἐαρινὴν βοτάνην ἐσθίοντα. (462) λέγουσί γε μὴν καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐνίους χλωρούς, οὐκ ἔχοντας ὁμοίαν τῇ χλόῃ τὴν χρόαν, ἀλλὰ μᾶλλον ὠχράν. ἄδηλον οὖν ἐστὶ πότερον τὴν ὕπωχρον χρόαν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει χλωράν τε καὶ χλοερὰν, ὅπερ ὁρᾶται πάνυ πολλοῖς συμβαῖνον ἢ τὴν χλόῃ παραπλησίαν, ὃ πάνυ σπανίως φαίνεται γινόμενον. οὔσης οὖν ἀσαφοῦς καὶ αὐτῆς ταύτης λέξεως, ἔτι μᾶλλον ἀσάφεια γίνεται προσκειμένου τοῦ λαμπρόν. ἄπορον γὰρ εὑρεῖν ὅ τί ποτε βούλεται δηλοῦν ἐκ τοῦ γράψαι χλώρασμα λαμπρόν. καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἄρα πᾶσαν τὴν τοιαύτην ἀσάφειαν θελήσαντές τινες φυγεῖν τῶν ἐξηγητῶν, ἔγραψαν, οὐ χρῶμα λαμπρὸν,

ficetur, non poſſe manifeſte intelligi, quemadmodum neque ſi *chloaſma* ſcriptum ſit, ut nonnulli ſcribere conſueverunt. Videmus enim etiamnum hac tempeſtate, ut in Co ipſa Hippocratis patria, ita et in tota noſtra Aſia, viridia quidem appellari olera et arbores et ſtirpes, veluti *χλωρὰ* id eſt herbida; et pecudes Graeci *χλοερὰ* dicunt, quod ſignificet herbas verno tempore pabulari. Dicunt quidem et homines quosdam virides, non quod herbae ſimilem colorem habeant, ſed potius pallidum. Incertum eſt igitur utrum Hippocrates ſubpallidum colorem viridem atque herbaceum dixerit, quod permultis accidere conſpicitur: an herbae coloris ſimilem, quod perraro accidiſſe viſum eſt. Igitur quum vox haec per ſe obſcura ſit, adjecta hac dictione, *ſplendida*, major adhuc obſcuritas oritur: difficile namque eſt excogitare, quidnam per haec verba ſignificare voluerit, *viriditas ſplendida.* Atque idcirco nonnulli interpretes hanc omnem obſcuritatem evitare cupientes, hoc modo ſcripſerunt, neque *color ſplen-*

ἀκούειν τέ φασι δεῖν ἐπὶ τοῦ κατὰ φύσιν τοῦ κάμνοντος χρώματος τὸ λαμπρόν. οὕτω δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Σαβῖνον διηνέχθησαν.

ιθ'.

[405] *Φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρὸν, ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται ἢ βὴξ ξηρὴ, μὴ θηριώδης, εἰς ἄρθρα στηρίζειν προσδέχεσθαι δεῖ κατ' ἴξιν τῶν ἐντασίων τῶν κατὰ τὴν κοιλίην, ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ.*

Εἶπον ὅτι καὶ χωρὶς τοῦ πρώτου μέρους τῆς ῥήσεως ἀναγινώσκειν ἐστὶ δυνατὸν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται καὶ τὰ ἐφεξῆς αὐτῷ γεγραμμένα. πνεῦμα δὲ δηλονότι νῦν ἀκούσομεν τὸ πλέον τοῦ κατὰ φύσιν, ἵν' ὁ λόγος ᾖ τοιοῦτος. ἐὰν ἐν νόσῳ ῥᾳστωνήσαντές τινες ἔχωσι τάς τε τῶν κροτάφων φλέβας οὐχ ἱδρυμένας, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ πλέον διαστελλομένας, καὶ τὸ χρῶμα μὴ κατὰ φύσιν ἢ

didus, intelligendumque eſſe ajunt ſplendidum de aegrotantis nativo colore, ita quoque et Sabinus opinatus eſt.

XIX.

Venae temporum non conſiſtentes, neque viror ſplendidus ſit, ſi ſpiritus intus deficiat aut tuſſis ſicca ferina non fuerit, ut in articulos decumbat exſpectare oportet, plurimumque ſecundum diſtentionem ventris rectitudinem.

Jam dixi et ſine prima hujus ſermonis parte, iſtam per ſe hunc in modum legi poſſe, ſi ſpiritus intus relinquitur et quae deinceps ſcripta ſunt. Spiritum vero nunc intelligemus eum, qui quod naturaliter conveniat, major ſit, ut oratio in hunc modum ſe habeat: Si in morbo aliqui ſublevati temporum venas habeant non firmatas, hoc eſt latius diſtentas et non genuinus color ſit, ac re-

Ed. Chart. IX. [405.] Ed. Baf. V. (462.)

τ' ἀναπνοὴ πλείων ᾖ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐφεξῆς εἰρημένα, τούτοις εἰς ἄρθρα τὴν ἀπόστασιν ἔσεσθαι προσδοκᾷν χρή. τὰ δὲ ἐφεξῆς εἰρημένα τάδε ἐστί. πρῶτον μὲν τὸ ξηρὴ βὴξ, δεύτερον δὲ τὸ μὴ θηριῶδες. ἡ μὲν οὖν ξηρὰ βὴξ λέγεται συνήθως ἐφ' ἧς οὐδὲν ἀναπτύεται. τοῦτο δ' οὕτως ῥηθὲν ἐν μὲν συγγράμματι προφανῶς ἐνδείκνυται τὸν γράψαντα χαίρειν αἰνιγματώδει λέξει· τὸν δ' αὑτῷ τινὰ ὑπογραφὴν ἐν ὑπομνήματι πεποιημένον οὐκ ἄν τις μέμψαιτο. πολλὰ γὰρ οὕτως εἰώθαμεν ἡμῖν αὐτοῖς ὑποτυποῦσθαι συμβολικῶς. ἴσως οὖν καὶ νῦν ἑαυτῷ ταῦτ' ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ πλειόνων παθῶν ποιούμενος τὸν λόγον, ἐνταυθοῖ μὲν ἐπὶ τῆς ξηρᾶς βηχὸς ἐν περιπνευμονίας καὶ πλευρίτισι· καὶ γὰρ καὶ τὸ πνεῦμα τούτοις ὁμολογεῖ· τὰ δ' ἔμπροσθεν ἡνίκα περὶ τῶν κατὰ τὸ πρόσωπον ἔγραψεν ἐπὶ πυρετῶν θερμῶν καὶ διακαῶν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸν θώρακα καὶ πνεύμονα λελέχθαι κἀκεῖνα. γενήσεται τοιγαροῦν σύμπας λόγος τοιόσδε. ἐὰν ἐπὶ πλέον ἅμα τοῖς εἰρημένοις αἱ βῆχες

liqua deinceps enarrata, iſtis in articulos abſceſſus exſpectandus eſt. Quae ſequuntur vero hujusmodi ſunt, primum quidem hoc, arida tuſſis, ſecundum autem illud, non ferina. Aridam tuſſim eam, per quam nihil exſpuitur, appellare mos eſt. Iſtud ſane, ita in libro accurate compoſito conſcriptum, auctorem aenigmatica locutione gaudere aperte demonſtrat; at ſibi ipſi adumbrationem quandam per commentarium ſcribentem nullus jure utique reprehendat; multa enim ſic nobis ipſis per quasdam notas deſignare conſuevimus. Forſan igitur et nunc ſibi ipſi haec ſcripſit Hippocrates de pluribus affectibus ſermonem faciens, hoc quidem loco de tuſſi arida in pulmonem et coſtarum inflammationibus: nam et haec vox, *ſpiritus*, illis adſtipulatur; ſed ſuperius dicta, quum de iis, quae in facie contingunt, ſcriberet, de febribus calidis et perurentibus intelligenda ſunt; caeterum et illa de pectoris pulmonumque affectibus dicta eſſe poſſunt. Integra igitur oratio talis erit: Si diutius una cum antedictis tuſſes ari-

ῶσι ξηραὶ, προσδέχεσθαι τὴν ἀπόστασιν εἰς ἄρθρα. διορισμὸν δέ τινα ταῖς βηξὶ προσγράψας ἀσαφῆ ζήτησιν ἑτέραν εἰργάσατο, τίνες εἰσὶν αἱ θηριώδεις βῆχες. ἔνιοι μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς ἕλμινσιν, ὅταν ἐπὶ τὸ στόμα τῆς κοιλίας ἀνενεχθεῖσαι δάκνωσι, τὰς βῆχάς φασι γίνεσθαι ξηρὰς, ὅπερ εἰ ὄντως ἐφαίνετο συμβαῖνον, οὐκ ἂν ἦν ζήτημα. νυνὶ δὲ μυριάκις εἴδομεν ἄνευ βηχῶν ἕλμινθας ἐνοχλούσας τὰ κατὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς καὶ διὰ τοῦθ' οἱ πλείους τῶν ἐξηγητῶν ἐπ' ἄλλας ἐξηγήσεις ἐτράποντο. τινὲς μὲν τὸ θηριῶδες ἐπὶ τῶν φυσικῶν εἰρῆσθαι λέγοντες ἐπειδὴ γρυποῦνται τοὺς ὄνυχας ὥσπερ τὰ θηρία, τινὲς δὲ ἐπὶ κακοήθους. ἐν γὰρ ταῖς κρισίμοις ἀποστάσεσιν ὥσπερ ἄπεπτον εἶναι χρὴ τὴν νόσον, οὕτω καὶ περιεστηκυῖαν. ἥ τε γὰρ πεττομένη χωρὶς ἀποστάσεως ἐπαγγέλλεται τὴν λύσιν, ἥ τε ὀλέθριος, οὐδὲ γενήσεσθαί τινα κρίσιμον ἀπόστασιν. ἐὰν δὲ ἐπὶ πλέον ἄπεπτόν τε διαμένῃ τὸ νόσημα καὶ μὴ κακόηθες ᾖ, προσδέχεσθαι χρὴ γενήσεσθαί τινα ἀπόστασιν, ὅτε δὲ ἄπεπτόν τε ἅμα καὶ περιεστηκὸς τὸ νόσημα, χρὴ δια- [406] μένειν

dae ſint, abſceſſum in articulos exſpectare convenit. Sed conditionem quandam tuſſibus obſcuram adſcribens, quaeſtionem alteram excitavit, quaenam ſint ferinae tuſſes. Nonnulli ſane lumbricos inteſtinorum, quum ad oſtiolum ventriculi repentes ipſum mordeant, aridas tuſſes excitare ajunt; quod ſi revera ita accidere compertum foret, nulla prorſus quaeſtio eſſet; ſed millies absque ulla tuſſi lumbricos os ventriculi infeſtantes vidimus. Quocirca plures explanatores ad alias interpretationes ſe converterunt; quidam hanc vocem, ferinae, de phthiſicis dictam eſſe volentes, quoniam ipſorum ungues, ut ferarum incurvantur; nonnulli de maligno morbo; in judicatoriis namque abſceſſibus, ut crudum, ita et ſanabilem eſſe morbum oportet; concoctus enim citra abſceſſum ſolutionem nuntiat, perniciofus autem neque ullum judicatorium abſceſſum fore promittit. At ſi diutius et crudus morbus perduret, neque malignus ſit, tunc aliquem fore abſceſſum exſpectandum eſt. Quod autem crudus una et malignitate carens

ἄχρι πλείονος, ἵν᾽ ἐλπίσωμεν ἀπόστασιν ἔσεσθαι, σαφῶς αὐτὸς ἐδήλωσεν ἐν προγνωστικῷ γράψας οὕτως. ὅσοι δ᾽ ἂν οὖρα λεπτὰ καὶ ὠμὰ οὐρέωσι πολὺν χρόνον, ἢν τἄλλα ὡς περιεσομένοισι σημεῖα ᾖ, τούτοισιν ἀπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι εἰς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία. γενήσεται τοιγαροῦν ὁ σύμπας λόγος τοιοῦτος. ἐὰν ἄπεπτον διαμένῃ τῶν κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα νοσημάτων τι καὶ μηδὲν ἔχῃ κακόηθες, ἀπόστασιν χρὴ προσδέχεσθαι. τοῦ δ᾽ ἄπεπτον εἶναι σημεῖον ἡ ξηρὰ βήξ. ἐὰν γὰρ ἀναπτύωσί τι πέψεώς ἐστι γνώρισμα. τοῦτο δ᾽ αὖ τὸ ἀναπτυόμενον, εἰ μὲν ὑγρὸν καὶ λεπτὸν εἴη, μετρίας, εἰ δὲ παχὺ, τελείας. εἴρηται δὲ ἐπὶ πλέον περὶ τῶν τοιούτων ἔν τε τοῖς εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων ὑπομνήμασι κἀν τοῖς περὶ κρίσεων, οὐδὲν ἧττον κἀπὶ τῶν ἐν ταῖς νόσοις καιρῶν. ὃ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ῥήσεως ἔγραψεν, ἔνθα φησὶ τῶν ἐντασίων τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν, οἱ πλεῖστοι μὲν τοῖς προειρημένοις, ἔνιοι δὲ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ μόνον ἰδίαν ἔχειν φασὶ τὴν διάνοιαν. ἐὰν μὲν οὖν

diutius morbus perſeverare debeat, ut abſceſſum fore ſperandum ſit, manifeſte ipſe in libro de praeſagiis ita ſcribens declaravit: Quicunque ſane lotia tenuia et cruda multum temporis fecerint, ſin alia perdurationis ſigna adſint, in iſtis abſceſſum ad partes interſepto inferiores exſpectare oportet. Erit itaque tota oratio hujusmodi: Si aliquis pectoris aut pulmonis morbus crudus permaneat nihilque malignitatis habeat, abſceſſus exſpectandus eſt. Quod crudus ſit, ſignum eſt arida tuſſis: nam ſi quid exſpuant, concoctionis indicium eſt. Id autem, quod exſpuitur, ſi liquidum ac tenue ſit, mediocris; ſi craſſum, perſectae concoctionis nota erit. Verum de his et commentariis librorum de ratione victus in acutis et in libris de judicationibus uberius diſputatum eſt, neque minus etiam in libello de quatuor morbi temporibus. Sed quod in calce hujus partis adjecit dicens, diſtentionum quae in ventre, plurimi quidem cum antedictis copulant, nonnulli vero et per ſe ſolum propriam habere ſententiam aſſe-

συνάψαντες αὐτὸ τοῖς προειρημένοις ἀναγνῶμεν, ὁ λόγος ἔσται τοιοῦτος. ὅταν ἐπὶ τοῖς προειρημένοις, ἐλπίσῃς ἀπόστασιν ἔσεσθαι, τὰς κατὰ κοιλίαν ἐντάσεις προσεπίβλεπε. δυνήσῃ γὰρ ἐκ τούτων εὑρεῖν ἢ εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ σώματος ἢ εἰς τὸ λαιὸν ἡ ἀπόστασις ἔσται τοῦ νοσήματος· αἱ γὰρ ἐντάσεις αὗται κατ' ἴξιν ἑαυτῶν ἀγγέλλουσιν ἔσεσθαι τὰς ἀποστάσεις. ἐὰν δὲ πάλιν αὐτό τις ἀναγινώσκει τὸ κατ' ἴξιν τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν ἐντάσεων, ὁ λόγος ἔσται τοιοῦτος. ὥσπερ ὅταν ἐπὶ τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις πάσχουσιν, ἀπέπτως τε καὶ περιεστηκῶς ἀποστάσεις ὁρῶμεν γινομένας, οὕτως κἀπὶ τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν εὑρήσεις συμβαῖνον. ἔσονται δὲ αὗται κατ' ἴξιν τῶν πεπονθότων μορίων.

κ'.

Ἔχουσι δὲ οὗτοι οἱ πλεῖστοι καὶ ἐξέρυθρα καὶ τῇ φύσει τοῦ λευκοχρωτέρου τρόπου καὶ οὐχ αἱμοῤῥαγέουσι ῥῖνες ἢ σμικρὰ αἱμοῤῥαγέουσι.

runt. Igitur ſi quidem cum antedictis conjungentes legerimus, ſermo talis erit: Quum jam antedictis abſceſſum fore ſpectaveris, ventris diſtentiones praeterea conſpice: ex his enim comprehendere poteris, utrum in dextram corporis partem an in ſiniſtram morbi abſceſſus futurus ſit: hujusmodi namque diſtentiones ſecundum ipſarum rectum ſitum abſceſſus fore nuntiant. Quod ſi iterum iſtud per ſe aliquis legat, ſecundum earum, quae in ventre fiunt, diſtentionum rectum ſitum, ſententia erit: Quemadmodum in ſpirabilibus inſtrumentis quodam morbo et ſanabili laborantibus abſceſſus fieri cernimus, et in ventris partibus incidere comperies; erunt autem et ipſi e regione paſſorum membrorum.

XX.

Horum autem plerisque qui natura candidioris ſunt habitus, etiam facies impenſe rubet, neque ſanguis ex naribus aut paucus profluit.

Τὰ πρόσωπα δηλονότι προσυπακουστέον ἔχειν αὐτοὺς ἐξέρυθρα κατὰ τὰς νόσους, εἶναί τε φύσει τοῦ λευκοχρωτέρου τρόπου. ἐν γὰρ τοῖς πολλοῖς τῶν μελλόντων ἀπόστασίν τινα ἕξειν, ἐν νοσήμασι περιεστηκῶς χρονίζουσι, διαμένει τὸ πρόσωπον ἐρυθριῶν καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἡ ἀπόσκηψις ἔσεσθαι μέλλοι πρὸς τὰ ὦτα. τίσι δὲ φαίνεται τῶν οὕτως ἐχόντων τὸ πρόσωπον ἐξέρυθρον, ἐδήλωσεν εἰπὼν εἶναι τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους τοῦ λευκοτέρου τρόπου. τοῖς γὰρ μελαντέροις φύσει, κἂν πλεονάσῃ ποτὲ αἷμα κατὰ τὸ πρόσωπον οὐ διασημαίνει σαφῶς. ἐν δὲ τοῖς λευκοῖς σώμασι κἀπὶ τῶν ἐκτὸς ὅταν βραχύ τι παρεμπέσοι χρόας ἑτερογενοῦς, εὐθέως εὔδηλον γίνεται. τοῦτο μὲν οὖν αὐτῷ παρέγκειται, τὸ δὲ λόγου συνεχὲς ἔστι τοιόνδε, τούτοις ἐξέρυθρον ἔχουσι τὸ [407] πρόσωπον, ὅταν περιεστηκὸς χρονίζῃ τὸ νόσημα, δι᾽ ἀποστάσεων ἐλπιζέτω κρίσιν γενέσθαι, πλὴν εἰ φθάσειεν αἱμοῤῥαγία διὰ ῥινῶν γενομένη, κενῶσαι τὸ μέλλον κατασκῆψαι (463) εἴς τι τῶν ἄρθρων περιττὸν αἷμα. ὅσοι δ᾽ οὕτως ἔχοντες ὡς εἶπον ἢ οὐδὲν ὅλως αἱ-

Subintelligendum plane eſt, ipſos in morbis facies valde rubicundas habere ac naturaliter albioris eſſe coloris; ſi quidem multi in morbis ſalubriter longis, quum futurus abſceſſus eſt, facie diu rubeſcunt praecipueque ſi ſecundum aures excitari debeat. Quibus vero ita ſe habentibus facies ita rubeſcat, declaravit inquiens, hujusmodi homines albioris eſſe coloris: nigrioribus enim natura, etſi nunquam ſanguis in facie exuberet, non tamen evidenter apparet; at in alba corpora et in ipſa externa quum exiguum quippiam alterius coloris inciderit, ſtatim omnibus conſpicuum eſt. Hoc quidem ipſi adjectum eſt. Sed orationis continuitas talis fuerit: Iſtis valde rubentem faciem habentibus, quum ſalubris aegritudo perdurat, per abſceſſus judicationem fore ſperandum eſt, niſi de naribus ſanguinis profluvium redundantem ſanguinem evacuatione praevertat, qui in aliquem articulum impetum facturus erat. At quibuscunque ita habentibus aut nihil penitus

μοῤῥαγοῦσιν ἢ σμικρὰ καὶ οὐκ ἄξια τῆς ὑπερβολῆς τοῦ νοσήματος οὕτως τὰς ἀποστάσεις ἴσχουσι.

κα΄.

Καὶ ἢν μὲν ῥυέντων ἐγκαταλείπηται, ἕτοιμον.

Ἦν χωρὶς τοῦ μὲν ἐγέγραπτο συνδέσμου, σαφὴς ἡ λέξις ἦν. εἰρηκὼς γὰρ ὅτι τοῖς ἐξέρυθρον ἔχουσι τὸ πρόσωπον αἱ ὑποστάσεις γίνονται, μὴ ῥυέντος αἵματος ἐκ ῥινὸς ἢ σμικροῦ ῥυέντος, εἰκότως ἂν ἐπήνεγκεν, ἐὰν λείπηταί τι ῥυέντος, ἕτοιμόν ἐστι τὸ νόσημα πρὸς ἀπόστασιν. ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν σύνδεσμος πρόσκειται, προσυπακοῦσαι προσῆκεν, ἢν μὴ ἐγκαταλείπηται, οὐκ ἔσται ἡ ἀπόστασις, οὐ μόνον δὲ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, ἅπερ ἀναγράφουσιν ἑαυτοῖς οἱ ἄνθρωποι, τοιαύτας ἐστὶ λέξεις εὑρεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐν συγγράμμασιν, ὡς τοῦ μὲν συνδέσμου προειρημένου, μηκέτ᾽ ἀνταποδοθῆναι μηδὲν

ſanguinis aut modicum neque morbi magnitudine dignum effluxerit, hunc in modum abſceſſus eveniunt.

XXI.

Et quidem ſi quid ex his quae effluunt, intus relinquatur, promptus eſt ad abſceſſum morbus.

Niſi ea conjunctio, *quidem*, ſcripta fuiſſet, perſpicua narratio eſſet. Nam quum dixiſſet, faciem valde rubicundam habentibus non effuſo de naribus ſanguine aut pauco effuſo abſceſſus excitari, merito ſubjunxit, ſi effuſo aliquid relinquitur, ad abſceſſum morbus paratus eſt. At quoniam ea conjunctio, *quidem*, adjecta eſt, ſubintelligere praeterea convenit, ſin autem intus aliquid non relinquitur, abſceſſus non erit. Non ſolum autem in commentariis, quos ſibi ipſi homines conſcribunt, hujusmodi locutiones juvare licet, ſed etiam in libris accurate ſcriptis, ut conjunctione *quidem* praepoſita, nihil praeterea ipſi

αὐτῷ, καὶ τοῦτ' ἔγνων μάλιστα τοὺς περὶ τὸν Διοσκορίδην εἰδότας, ἐπειδὴ καὶ γραμματικώτεροι τῶν ἄλλων εἶναι προσποιοῦνται, φυλάξαι τὴν παλαιὰν γραφὴν, ἣν οἵ τ' ἐξηγηταὶ πάντες ἴσασι καὶ τὰ ἀντίγραφα πάντ' ἔχουσι, ἢ εἴπερ ἐδόκει περιττὸς ὁ μὲν σύνδεσμος εἶναι, περιελεῖν αὐτὸν τολμῆσαν μᾶλλον, οὐ μεταγράφειν εἰς τὸ μή. τὸ γὰρ καὶ ἢν μὴ ῥυέντων ἐγκαταλείπηται, ἕτοιμον ἑαυτῷ μάχεται, τοῦ μὲν ἐγκαταλείπηται, τὰ μὴ τελέως, ἀλλ' ἐκ μέρους κενούμενα δηλοῦντος, τοῦ δὲ καὶ ἢν μὴ ῥυέντων, τοὐναντίον ἐμφαίνεται, ὥσπερ καὶ τοῦ δαψιλῶς ῥυῆναι. καθάπερ οὖν ἐπὶ τούτου, τὸ ἐγκαταλείπηται λέγειν οὐ προσῆκον, οὕτως οὐδ' ἐφ' οὗ μηδ' ὅλως ἐῤῥύη. καὶ γὰρ εἰ μὴ ἐπὶ τοῦ λυποῦντος χυμοῦ δεξόμεθα, τὸ ἐγκαταλείπεσθαι λελέχθαι, καθάπερ ἔνιοι βούλονται, πρὸς τὸ νόσημα μεταδόντες τὸν λόγον ὡς ἐν ταῖς ἐλλιπέσιν αἱμοῤῥαγίαις, ἐγκαταλείπεται νοῦν ἕξει. ῥυέντος γὰρ αἵματος, οὐ μὴν αὐτάρκως, ἐλλιπεῖς

respondens fubjungatur. Id autem maxime Diofcoridis fectatores animadvertiffe novimus: quippe qui fe magis quam alios grammaticae peritos effe jactant et veterem lectionem tuentur, quam omnes explanatores agnofcunt et omnes codices retinent. Aut fi conjunctio *quidem* plane fupervacua vifa fuiffet, ipfam expungere quam in hanc vocem, *non*, convertere maluiffent. Haec enim locutio, etfi non effufis intus relinquitur, paratus eft, fecum ipfa pugnat, hac voce, intus relinquitur, ea, quae non in totum, fed ex parte evacuata funt, fignificante; ea vero etfi non effufis, contrarium indicante, ficut et hac copiofe fluxiffe. Quemadmodum igitur hoc loco, intus relinquitur, dicere non convenit, ita et neque ubi nihil prorfus effluxit. Nam nifi de vexante humore intus relinqui dictum effe, ut nonnulli voluerunt, acceperimus, ifti enim ad morbum orationem referunt, quod in fanguinis parcis effufionibus accidere folet, haec pars, intus relinquitur, infinuat. Effufo enim fanguine, fed non quantum fatis

αἱ κρίσεις γίνονται τῶν νόσων, ἐφ᾽ ὧν προσήκει λέγεσθαι τὸ ἐγκαταλείπεσθαι.

κβ'.

[408] *Δίψα ἐγκαταλειφθεῖσα καὶ στόματος ἐπιξηρασίη καὶ ἀηδίη καὶ ἀποσιτίη τοῦτον τὸν λόγον.*

Ὅταν τοῦ πυρετοῦ παυσαμένου μείνη τινὰ τῶν συμπτωμάτων, ἐγκαταλείπεσθαί τι λέγεται τῆς νόσου λείψανον. ἐμνημόνευσεν οὖν ὁ Ἱπποκράτης ὡς ἐν παραδείγματι τῶν κυριώτατα ὑπολειπομένων, δίψαν καὶ στόματος ξηρότητα καὶ ἀηδίαν καὶ ἀποσιτίαν, τουτέστιν ἀνορεξίαν, ὥστε ἐξήγησις αὕτη ἡ ῥῆσίς ἐστι τοῦ προειρημένου κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ῥῆσιν, ἔνθα φησὶ, καὶ ἢν μὲν ῥυέντων ἐγκαταλείπηται. διττῶς γὰρ ἀκούομεν τοῦ ἐγκαταλείπεσθαι, καθ᾽ ἕνα μὲν τρόπον ἐπὶ τοῦ νοσοποιοῦντος χυμοῦ, καθ᾽ ἕτερον δὲ ἐπὶ τῆς

eſt, imperfectae morborum judicationes fiunt, in quibus iſtud, intus relinquitur, dicere conveniens eſt.

XXII.

Eadem ratione ſi ſitis remaneat, orisque ſiccitas et inſuavitas et cibi faſtidium.

Quando finita febre altera ſymptomata remanent, aliquid intus relinqui morbi reliquiarum dicitur. Hippocrates igitur eorum exempli cauſa meminit, quae inter remanentia principatum obtinent, ſitis videlicet et oris ſiccitatis et inſuavitatis et inappetentiae, id eſt privationis appetitus. Quare hujusmodi ſermo id, quod in antecedente comprehenſum eſt, enucleat, ubi ajebat: etſi quidem effuſis intus relinquatur. Bifariam enim intus relinqui intelligimus, uno quidem modo humorem morbi

νοσώδους διαθέσεως. ἐξηγεῖται οὖν τὰ γνωρίσματα τῆς ἐγκαταλειπομένης διαθέσεως νοσώδους.

κγ'.

Πυρετοὶ δὲ οὐκ ὀξεῖς οἱ τοιοῦτοι, ὑποστροφώδεες δέ.

Καὶ τοῦθ' ἕν ἐστι τῶν συντελούντων εἰς τὴν τῶν ἐσομένων ἀποσκημμάτων πρόγνωσιν. οἱ γὰρ ὀξεῖς πυρετοὶ καὶ ταχέως κρίνονται καὶ δι' ἐκκρίσεων ἔχουσι τελέαν τὴν λύσιν. οἱ δ' οὐκ ὀξεῖς καλούμενοι ὑποστροφώδεες καὶ χρονίζουσι καὶ λύσεις ἐλλιπεῖν ποιησάμενοι, μετὰ ταῦτα πάλιν ὑποστρέφουσι καὶ δευτέραν ἔκκρισιν ἐξ ἀποσκήμματος ἔχουσι τελέαν τὴν λύσιν.

κδ'.

Τὰ ἐγκαταλειπόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα.

auctorem, altero autem morbofum affectum, nunc morbofi affectus intus relicti figna explanat.

XXIII.

Febres autem non acutae hujusmodi funt; fed quae reverfiones faciunt.

Et hoc unum ex iis eft, quae ad futurorum abfceffuum praefenfionem faciunt; fiquidem acutae febres cito judicantur et per excretionem ex toto confumuntur; non acutae autem, quae revertentes nominantur et diuturnae funt et imperfectas folutiones habent: poftea rurfum exoriuntur et per fecundam in abfceffum expulfionem integre folvuntur.

XXIV.

Quae poft judicationem relinquuntur, recidivas facere confueverunt.

Ἡ αὐτὴ ῥῆσις ἥδε κἀν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν γέγραπται καὶ μετὰ ταύτην ἄλλαι μέχρι τῆς, ὅσοι τριταιοφυεῖς, ἃς ὑπερβησόμεθα διὰ τὸ προεξηγήσασθαι.

κέ.

[409] Τὸ γοῦν πρῶτον σπληνῶν ἐπάρσιες ἢν μὴ ἐς ἄρθρα τελευτήσῃ ἢ αἱμοῤῥαγίη γένηται ἢ δεξιοῦ ὑποχονδρίου ἔντασις, ἢν μὴ ἐξοδεύῃ οὖρα. αὐτὴ γὰρ ἡ ἐγκατάληψις ἀμφοτέρων αἱ ὑποστροφαὶ τουτέων εἰκότως. ἀπόστασιν οὖν ποιέεσθαι αὐτῶν μὴ γινομένας. τὰς δὲ ἐκκλίνειν γινομένας, τὰς δὲ ἀποδέχεσθαι ἢν ἴωσιν, οἷαι δεῖ καὶ ᾗ δεῖ. ὁκόσαι δὲ μὴ σφόδρα ξυνδρᾶν, τὰς δὲ ἀποτρέπειν, ἢν πάντῃ ἀξύμφοροι ὦσι. μάλιστα δὲ ταύτας μελλούσας· εἰ δὲ μὴ, ἀρχομένας ἄρτι.

Hic idem ſermo et in ſecundo de morbis popularibus ſcriptus eſt et poſt hunc alii ad eum uſque, quaecunque tertianae naturam habent, quos ſupra declaratos praeteribimus.

XXV.

Primum itaque lienum tumores, niſi in articulos deſinant vel ſanguis a naribus profluat aut dextri hypochondrii contenſio, niſi urinae exierint et vias ſibi fecerint. Ipſa namque utrorumque interceptio horum jure quodam recidivas faciet. In igitur abſceſſus procurare convenit, ſi non fiant; qui vero jam fiunt, declinare, eos autem, qui, quales et qua oportet prodierunt, recipere. Qui vero non ſatis prodeunt, eos juvare decet; alios vero prorſus inutiles advertere et maxime qui futuri ſunt, alioqui quum recens coeperint.

κστ'.

Ὅσοι τριταιοφυέες, τούτοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ.

Τίνας ποτὲ λέγει τριταιοφυεῖς, ἐξήγηται, διότι καὶ περὶ τῶν ἡμιτριταίων τε καὶ τῶν παρεκτεταμένων τριταίων. ἓν γὰρ μόνον ὡμολόγηται τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς ἐν τῇ τῶν εἰρημένων ὀνομάτων ἐξηγήσει, τὸ κατὰ τῶν ἀκριβῶν τριταίων ὡς ἐντὸς τῶν δώδεκα ὡρῶν αὐτὸν περιγράφεσθαι, τὰς δὲ ὑπολοίπους ὥρας ἀπυρέτους εἶναι. τῆς γὰρ τῶν μεθοδικῶν ἀλλοκότου χρήσεως τοῦ τῶν ἡμιτριταίων ὀνόματος οὐδὲ μεμνῆσθαι καλόν. εἴπερ δὲ ὁ ἀκριβὴς τριταῖος ἐλάττονα τῶν δώδεκα ὡρῶν ἔχει τὸν παροξυσμὸν, ὁ πέντε καὶ δέκα ὥρας παροξυνόμενος ἅπαντα τὸν ὑπόλοιπον ἔχων χρόνον ἀπύρετον, ὀνομασθήσεται τριταῖος ἁπλῶς ἄνευ προσθήκης. εἰ δὲ βούλοιτό τις ἀκριβολογεῖσθαι, τριταῖος οὐκ ἀκριβής. καὶ εἴπερ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης εἶπεν, πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται,

XXVI.

Quaecunque tertianae naturam habent, his nox ante accessionem molesta est.

Quasnam febres tertianae naturam habentes intelligat, explanatum fuit, semitertianas videlicet et extensas tertianas. In uno enim solo recentiores medici concordant tum praedicta vocabula enucleant, in exquisitis scilicet tertianis, quod intra duodecim horarum spatium tertianae exacerbatio conscribitur, reliquae autem horae febre vacant, de methodicorum namque menstruoso semitertianarum nominis abusu neque ulla mentio facienda est. At si exquisita tertiana minorem quam duodecim horarum accessionem habet, cujus accessio quintedecim horarum spatio continetur, ea tertiana simpliciter absque ulla adjectione vocabitur, ac si quis accuratius loqui velit, tertiana non exquisita. Atqui si ipse Hippocrates pronunciavit: Febres, quaecunque non intermittentes tertio quo-

πάντες κακοί. ὅτῳ δ᾽ ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνον. ἅπαντες οἱ διὰ τρίτης μὲν παροξυνόμενοι, παυόμενοι δὲ εἰς ἀπυρεξίαν, ἀκίνδυνοι γενήσονται. ἀλλ᾽ εἴπερ ἀκινδύνους τούους εἶναι φήσομεν ἑπόμενοι τῇ γνώμῃ τοῦ Ἱπποκράτους, οὐκ ἀκίνδυνον δὲ τὸ ἡμιτριταῖον αὐτὸς οἶδεν, οὐκ ἔσται τῶν διαλειπόντων ὁ πυρετὸς οὗτος. ἀλλ᾽ οἱ μὲν οὐκ ἔλαττον τῶν εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν ἔχοντες τὸ τοῦ διαλείμματος, ἅπαντες ἁπλῶς τριταῖοι λεχθήσονται. οἷς δὲ τὸ μὲν διάλειμμα τοῦ χρόνου τούτου βραχύτερον, οἱ δὲ παροξυσμοὶ μακρότεροι, οὗτοι παρεκτεταμένοι τριταῖοι. προσήκουσι δὲ τοὐπίπαν εἰς τὰ τρία διαστήματα, τεττάρων τῶν πάντων [410] ὄντων κατὰ τὴν διὰ τρίτης ἡμέρας περίοδον. δύο μὲν γὰρ ἡμέραι, δύο δὲ νύκτες ἐν τῷ μεταξὺ τῶν δύο παροξυσμῶν γίνονται πᾶσι τοῖς διὰ τρίτης παροξυνομένοις. σπανίως δ᾽ εὕροις τὸν ὑπὲρ τὰ τρία διαστήματα παροξυνόμενον εἰς ἀπυρεξίαν ἀφικνούμενον, ὃν οἱ περὶ τὸν Ἀγαθῖνον εἰώθασι μέγαν ἡμιτριταῖον ὀνομάζειν. ὥσπερ

que die vehementiores evadunt, omnes malae; quocunque autem modo intermittant, nullum inftare periculum fignum eft, omnes tertio quoque die exacerbatae, in integritatem autem definentes, difcrimine vacabunt. Quod fi mentem Hippocratis fequentes has difcrimine vacare dixerimus, femitertianam vero ipfe non fine difcrimine effe cognovit, ex intermittentium numero febris ifta non fuerit; fed febres, quarum integritatis tempus non brevius horis viginti quatuor eft, omnes fimpliciter tertianae vocabuntur; quibus vero integritatis intervallum hoc tempore brevius eft, exacerbationes vero longiores, iftae protenfae tertianae dicuntur. Verum quum quatuor omnia intervalla fint, omnino ad tria ufque perveniunt fecundum eum, qui tertio quoque die fit, circuitum. Duo namque dies duaeque noctes inter duas acceffiones interponuntur in omnibus, quam tertio quoque die exacerbantur; raro autem febrem ultra tria intervalla exacerbatam et ad integritatem finientem reperies, quam Agathinus magnam femiter-

γε μέσον μὲν, ᾧ χρόνος ἴσος γίνεται παροξυσμοῦ τε καὶ διαλείμματος, ᾧ μείων ὁ τοῦ παροξυσμοῦ χρόνος. ᾧ δ' ἐντὸς τῶν εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν ὁ χρόνος περιγράφεται τοῦ παροξυσμοῦ, μικρὸν ἡμιτριταῖον ὀνομάζουσι τοῦτον, ὥστε οὔτε τριταῖον οὔτε παρεκτεταμένον ὀνομάζει ποτὲ τριταῖον. εἰ γὰρ ὁ μὲν ἀκριβὴς τριταῖος οὐχ ὑπερβάλλει τὰς δώδεκα ὥρας, ὁ δ' ὑπὲρ ταύτας εὐθύς ἐστι μικρὸς τριταῖος, οὐδεὶς ἔσται τριταῖος ἁπλῶς, ἔτι δὲ μᾶλλον οὐδ' ἐκτεταμένος τριταῖος· οὐχ ὑπαρχόντων δὲ τούτων, οὐδ' ἀκριβῆ τριταῖον ὀνομάζειν ἀναγκαῖον ἔσται. μηδενὸς γὰρ ἀκριβοῦς ὄντος, ἡ προσθήκη ματαία. πῶς οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἀκριβῆ τριταῖον εἴωθε καλεῖν, ἐνὸν ἁπλῶς ὀνομάζειν τριταῖον, εἴπερ οὗτος μόνος ἐστὶ τριταῖος ὁ τῶν δώδεκα ὡρῶν ὀλιγοχρονιώτερον ἔχων τὸν παροξυσμόν. εὔδηλον οὖν ὅτι τοῦτον μὲν ἀκριβῆ καλεῖ καὶ μᾶλλόν ἐστι τὸν καὶ τὰ ἄλλα ἔχοντα γνωρίσματα τὰ γεγραμμένα πρὸς ἡμῶν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων (464) ὑπομνήμασιν. ἁπλῶς δὲ τριταῖον τὸν ὑπὲρ τὰς

tianam appellare confuevit, quemadmodum illam mediam, cujus accessionis integritatisque tempora aequalia sunt, cujus accessionis tempus brevius est et cui intra quatuor et viginti horarum spatium accessionis tempus concluditur, hunc parvam semitertianam vocat, quare neque tertianam neque protensam tertianam unquam nominat. Nam si exacta tertiana duodecim horas non superat, has autem superans illico longa tertiana est, nulla erit tertiana simpliciter: adhuc vero magis, neque extensa tertiana, quibus haud positis, neque exactam tertianam nominare necesse fuerit; quum nulla enim sit non exacta, adjectio haec vana erit. Quonam igitur pacto exquisitam tertianam Hippocrates appellare consuevit, quum tertianam simpliciter appellare liceret, si quidem ea sola tertiana est, quae duodecim horis breviorem accessionem habet? Constat igitur hanc ab eo exquisitam tertianam esse vocatam, adhuc magis eam, quae et alias notas a nobis in commentariis de judicationibus scriptas habeat; simpliciter vero

δώδεκα ὥρας ἐκτεταμένον ἔχοντα τὸν παροξυσμόν. ἐὰν δὲ τὰς εἴκοσι τέσσαρας ὑπερβάλλῃ, τριταῖον μακρὸν ἢ ἐκτεταμένον ὀνομάσομεν τοῦτον. ὅστις δ᾽ ἂν ὑπὲρ τὰ τρία διαστήματα τὸν παροξυσμὸν ἐκτείνῃ, τοῦτον ὀλιγάκις ἂν εὕροις εἰς τὴν καλουμένην εἰλικρίνειαν ἀφικνούμενον. οὐ μὴν οὐδ᾽ ἡμιτριταῖον ἤδη καλέσομεν αὐτὸν, ἐὰν μήτε τὰς ἐπαναλήψεις ποιῆται φρικώδεις, μήτε ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶν ἡμερῶν ἕτερον ἔχῃ παροξυσμὸν ἐπαναλήψεως χωρίς· τοῦτον μὲν οὖν ἡμιτριταῖον ὀνομάσομεν. ἐὰν δέ τις διὰ τρίτης παροξύνηται πυρετὸς, οὐδὲ βραχὺ διάλειμμα ποιούμενος ὡς δοκεῖν ἐν αὐτῷ πλησίον εἶναι τὸν κάμνοντα τῆς εἰλικρινοῦς ἀπυρεξίας, τοῦτον ὀξὺν ὀνομάσομεν πυρετὸν, αὐτὸ τοὖθ᾽ ὅπερ ὑπάρχει περὶ αὐτοῦ λέγοντες, ὡς διὰ τρίτης παροξύνει. μόνος οὖν ἔτι τῶν διὰ τρίτης παροξυνομένων ὀνομασθήσεται τριταιοφυὴς, ὁ πλησίον ἀπυρεξίας ἀφικνούμενος. εἰ δέ τις καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὀξεῖς πυρετοὺς, ὅσοι διὰ τρίτης παροξύνουσι, τριταιοφυεῖς ὀνομάζειν θέλει, δόξει

tertianam ultra duodecim horas extenſam acceſſionem habentem; quod ſi quatuor et viginti horas exceſſerit, tertianam longam aut extenſam hanc appellabimus. Quae vero ultra tria intervalla exacerbationem producat, raro in vocatam integritatem deſinere invenietur; verum neque ſemitertianam ſtatim iſtam vocabimus, ſi neque repetitiones horridas faciat, neque altero die acceſſionem alteram ſine repetitione habeat; hanc quidem ſemitertianam appellabimus. Sed ſi qua febris tertio quoque die exacerbetur, neque per minimum intervallum ita miteſcat, ut in eo febricitans prope ſinceram integritatem eſſe videatur, hanc acutam febrem nominabimus id ipſum, quod eſt de ipſa dicentes, quod videlicet tertio die exacerbatur. Sola igitur adhuc ex his, quae tertio die exaſperantur, tritaeophyes, hoc eſt tertianae naturam ſapiens, nominabitur, quae ferme in integritatem remittitur. Si quis vero et alias omnes acutas febres, quaecunque alternis diebus irritantur, tritaeophyes nominare velit, for-

τάχα καὶ αὐτὸς οὐκ ἀλόγως ἐπὶ ταύτην ἀφῖχθαι τὴν δόξαν. οὐ μὴν τῶν γε εἰς ἀπυρεξίαν ληγόντων τινὰ πυρετῶν ὑφ' Ἱπποκράτους ἡμιτριταῖον ὀνομάζεσθαι συγχωρήσομεν. ἀκίνδυνοι μὲν γὰρ οὗτοι, κινδυνώδης δὲ ἡμιτριταῖος. ἐν τῷ μεταξὺ δ' αὐτῶν εἰσὶν αὐτοὶ παραφυεῖς, οὕς φησι δύσφορον ἔχειν τὴν πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ νύκτα. πάντως μὲν γὰρ ἐκείνοις ὑπάρχει τοῦτο, τοῖς δ' ἐκτεταμένοις τριταίοις οὐ πᾶσιν. ὅπως δὲ μὴ πράγματ' ἔχοιμι, πολλάκις ὑπὲρ τοῦ κατὰ τὸν ἡμιτριταῖον σημαινομένου καὶ γράφων καὶ τοῖς πυνθανομένοις ἀποκρινόμενος, ἐν ἰδίᾳ περὶ τούτου ἔγραψα βιβλίον· ἐν μέντοι τοῖς ἀφορισμοῖς χωρὶς τῶν τριταιοφυῶν μνημονεῦσαί φησιν ἁπλῶς ὁ Ἱπποκράτης. ὅσοις δὲ κρίσις γίνεται, τουτέοισιν [411] ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. κρίσιν δ' οἱ μὲν ἤκουσαν, ὑφ' ἧς ὀξύῤῥοπος γίνεται μεταβολή τις ἀξιόλογος, οἱ δ' ἁπλῶς τὸν παροξυσμόν. εἰώθει δὲ ὄντως ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ γίνεσθαι σχεδὸν ἅπασι τοῖς διὰ τρίτης παροξυνομένης πυρετοῖς,

fan et ipfe non fine ratione in hanc fententiam defcendiffe videbitur; non tamen quampiam ex febribus in integritatem definentibus ab Hippocrate femitertianam vocari concedemus: iftae namque fecurae funt, femitertiana vero periculofa; inter quas tritaeophyes appellatae mediae funt, quas noctem ante acceffionem moleftam habere dicit: prorfus enim hoc ipfis proprium eft; extenfis vero tertianis non omnibus. Caeterum, ut ne moleftia afficiar faepius de femitertianae fignificato fcribens interrogantibusque refpondens, unum hac de re libellum feparatim compofui. In libris fane aphorifmorum nullam de febribus, tritaeophyes, quae vocantur, mentionem Hippocrates faciens abfolute dixit: Quibuscunque judicatio fit, his nox molefta, quae ante acceffionem; fubfequens autem, tolerabilior plerumque. Judicationem vero aliqui eam intellexerunt, in qua repentina quaedam atque infignis mutatio fit: aliqui fimpliciter acceffionem fignificari voluerunt. In omnibus autem ferme tertio quoque die acceffionem habentibus

ἄνευ τῶν ἀκριβῶν τριταίων. εἰ δέ ποτε κἀπὶ τούτων γένηται, κρίσιν ἕπεσθαι σημαίνει κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν καὶ μάλιστ᾽ εἰ καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα τοῦ γενήσεσθαι τὴν κρίσιν ὁμολογεῖ.

κζ'.

Βῆχες ξηραὶ, βραχέα ἐρεθίζουσαι, ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσι, κἂν οὐ κατὰ λόγον διψώδεες, οὐδὲ γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι, οὐ τῷ θηριώδει, ἀλλὰ τῷ πνεύματι. δῆλον δέ· ὅταν γὰρ διαλέγωνται ἢ χάσκωσι, τότε βήσσουσιν. ὅταν δὲ μὴ, οὔ. τοῦτο δ᾽ ἐν τοῖσι κοπιώδεσι πυρετοῖσι μάλιστα γίνεται.

Καὶ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ἔγραψεν περὶ τῶν αὐτῶν ὧδέ πως. ὁκόσοισιν ἐπὶ πολὺ βῆχες ξηραὶ, βραχὺ ἐρεθίζουσιν ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, οὐ πάνυ τι διψώδεές εἰσι. τὸ τοίνυν οὐ πάνυ τι διψώδεες ἴσον δύναται τῷ οὐ κατὰ

febribus, praeter exquifitas tertianas, nox ante acceffionem revera molefta effe folet. Quod fi et in exactis tertianis id nonnunquam eveniat, judicationem fequenti die futuram portendit potiffimumque fi et reliqua futurae judicationis indicia confentiant.

XXVII.

Tuffes aridae parum irritantes in febribus ardentibus, etfi non fecundum proportionem fiticulofae, neque linguae valde torrefactae, non ferino, fed fpiritu; conftat autem. Quando enim loquuntur aut os hiat, tunc tuffiunt. Quando non loquuntur, neque hiant, non tuffiunt; hoc vero in febribus laboriofis maxime evenit.

Et in aphorifmis de iisdem hoc pacto fcripfit: quoscunque diutius tuffes aridae parum irritant in febribus ardentibus, non admodum fiticulofi funt. Id igitur non admodum fiticulofi id fignificat, quod non fecundum por-

λόγον διψώδεες. ἐν γὰρ τοῖς καυσώδεσι πυρετοῖς ἄνευ ξηρᾶς βηχὸς ἰσχυρῶς γίνονται διψώδεις. ἐὰν δὲ προσγένηται ξηρὰ βὴξ, ἄδιψοι μὲν οὐ δύνανται γενέσθαι. θραύεται δ᾽ αὐτῶν τὸ σφοδρὸν τοῦ δίψους, ὡς διψῆν μὲν ἔτι, μὴ μέντοι κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πυρετοῦ. τὸ δ᾽ ἐρεθιζούσας βραχέα γίνεσθαι τὰς βῆχας οὐκ ἀργῶς πρόσκειται. σφοδραὶ γὰρ γινόμεναι διαθερμαίνουσι τὰ κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα μόρια. κἀκ τούτου τόν τε πυρετὸν ἐπαύξουσι καὶ τὴν βῆχα. μικραὶ δ᾽ εἴπερ εἶεν αἱ βῆχες ἐκ διαλειμμάτων τε μακροτέρων γινόμεναι, μέχρι τοσούτου κινοῦσι τὰ μόρια, μέχρι τοῦ παραγενέσθαι τινὰ εἰς αὐτὰ ὑγρότητα. καὶ οὕτω συμβήσεται μήτε σπαράττειν αὐτὰς ἰσχυρῶς μήτε ἐξάπτειν τὸν πυρετὸν, ὑγρότητά τε παρέχειν τοῖς μορίοις πρὸς τὰ κινούμενα, κατὰ τὰς βῆχας ἀφικνουμένην μετρίας, δι᾽ ἣν οἱ κάμνοντες ἀδιψότεροι γενήσονται. γινομένων δὲ βηχῶν καὶ διά τινα κακοήθειαν τοῦ νοσήματος, ἣν ἐφεξῆς ὁποία τίς ἐστιν ἐρῶ, ταύτης ἀφορίζων τὰς ἐν τῷ νῦν λόγῳ βῆχας, οὐ τῷ θηριώδει φησὶν αὐτὰς, ἀλλὰ

portionem ſiticuloſi. In ardentibus namque febribus ſine arida tuſſi magnopere ſitiunt; quod ſi tuſſis arida accedat, ſiti quidem carere non poſſunt, ſed ipſorum ſitis acrimonia retunditur, ut aliquantum plane, ſed non ſecundum febris magnitudinem ſitiant. Illud autem, parum irritantes tuſſes excitari, non fruſtra adjicitur: nam vehementes ſi fiant, pectoris pulmonisque partes calefaciunt, atque inde febrem ſitimque adaugent, ac ſi puſillae tuſſes ſint et per longiora intervalla excitentur, tantiſper membra commovent, dum in ipſa humor aliquis delabatur, atque ita evenit neque tuſſes vehementer agitare, neque febrem accendere, humoreque particulas irrigare, ad ipſos modica tuſſi commotas defluente, propter quem laborantes minus ſiticuloſi reddentur. Siccis autem tuſſibus ex aliqua etiam morbi malignitate naſcentibus, quam deinceps qualisnam ſit dicam, ab eis has, de quibus tunc loquitur, diſtinguens, ait, non ferino, ſed ſpiritu. Aliqui vero ſimpli-

τῷ πνίγεσθαι. τινὲς δ' οὐχ ἁπλῶς τὸ κακόηθες ἅπαν ἡγοῦνται λέγειν αὐτὸν θηριῶδες, ἀλλ' ἔνιοι μὲν τὴν φθίσιν, ἐπειδὴ γρυπουμένων τῶν ὀνύχων, θηρίοις κατά γε τοῦτο ἐοικότες φαίνονται. τινὲς δὲ θηρίωμα καλεῖσθαί φασιν ἰδίως τὸ ἐν τῷ πνεύμονι ἕλκος. ἔνιοι δ' ὅταν ἐπὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἀνέλθωσιν ἕλμινθες, ἐρεθίζειν αὐτάς φασι βῆχας, μήτε λόγῳ τοῦτο ἀποδεῖξαι δυνάμενοι, μήτε τῇ πείρᾳ. τὸ κακόηθες οὖν ἄμεινον ἀκούειν θηριῶδες, ἐάν τε ἀπὸ κεφαλῆς καταφερομένου ῥεύματος βήττωσιν, ἐάν τε ἐφ' ἕλκει τῶν κατά τι τῶν ἀναπνευστικῶν, ἢ τοῖς κατὰ ταῦτα γινομένοις ἀποστήμασιν, ἐάν τε ἐπὶ τοῖς καλουμένοις ἐμπυήμασιν. ἕτεραι δὲ τούτων εἰσὶν αἱ κακόηθες οὐκ ἔχου-
[412] *σαι διὰ δυσκρασίαν τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἢ τραχύτητα τῆς φάρυγγος ἢ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἀποτελούμενα, ποτὲ μὲν ἐξ ἐδεσμάτων ἢ πομάτων τραχυνόντων, ἐνίοτε δὲ κἀκ τοῦ περιέχοντος ἀέρος. ἐν γοῦν ἀφορισμοῖς αὐτὸς ἔγραψεν· Ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων,*

citer ipfum omnem malignitatem, ferinum, vocare arbitrantur; fed alii quidem phthifin, quoniam curvefcentibus unguibus feris, quantum ad hoc attinet, fimiles effe videntur; alii vero, cum in os ventriculi lumbrici adfcenderint, tunc ipfos tuffes excitare ajunt, neque tamen ratione hoc, neque experientia demonftrare poffunt. Ferinum igitur fatius eft malignum intelligere, five ex capite humore deftillante, five ex alicujus fpirabilium vifcerum ulcere, five ex aliquo in iisdem orto abfceffu, five ob ea, quae vocantur empyemata, tuffiant; aliae vero tuffes funt ab eis diverfae . • . • ., quae malignae non funt aut ex inftrumentorum fpirabilium intemperie aut faucium arteriaeve afperitate obortae, nonnunquam etiam ex alimentis potionibusve exafperantibus, alias vero et ex ambientis aëris qualitate concitatae. In aphorifmis enim ipfe fcripfit: fi vero aquilonia tempeftas fuerit, tuffes, fauces, ventres duri, difficultates urinae, horridi, dolores cofta-

στηθέων. ὁ γὰρ εἰσπνεόμενος ἀὴρ, ὅταν ἱκανῶς ᾖ ψυχρὸς, ἐνίοτε μὲν τὰ κατὰ τὴν φάρυγγά τε καὶ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν μόρια τραχύνει τε καὶ καταψύχει, ποτὲ δὲ καὶ τῷ πνεύμονι παντὶ καὶ τῷ θώρακι δυσκρασίαν ἐργάζεται· πολλάκις δ' ἀμφότερα τὰ εἰρημένα συμπίπτει καὶ βήσσουσι μετρίως ἐπ' αὐτοῖς βῆχας ξηράς. σημεῖον δὲ τῶν οὕτως ἐχόντων ἐστὶ τὸ ἐρεθίζεσθαι κατὰ τὰς εἰσπνοὰς, ὅταν ἀθρόως ἐμπίπτῃ διαλεγομένοις τε καὶ χάσκουσι καὶ διὰ τοῦ στόματος εἰσπνέουσιν. ὅταν δὲ διά τε τῆς ῥινὸς εἰσπνέωσι καὶ θερμὸν τὸν ἔξωθεν ἀέρα κατὰ τὸν οἶκον αὐτῶν ἐργάσηταί τις ἢ παντάπασιν ἐλάχιστα βήσσουσιν ἢ οὐδ' ὅλως, διὸ καὶ πρὸ τῶν ῥινῶν ὀθόνιον ἔνιοι προστιθέντες οὕτως εἰσπνέουσι, πεπειραμένοι παροξύνεσθαι τὰς βῆχας, ὅταν ἀθρόως ᾖ ψυχρὸς ὁ ἔξωθεν ἀὴρ ὁμιλῶν τοῖς προκατεψυγμένοις τε καὶ τετραχυσμένοις μορίοις. μάλιστα δέ φησιν ἐν τοῖς κοπιώδεσι πυρετοῖς τοῦτο γίνεσθαι. τίνας δὲ κοπιώδεις ὀνομάζει πυρετοὺς, ἄδηλον. ἆρά γε τοὺς διὰ τὰς σφοδρὰς κινήσεις γινομένους, ἢ κἂν αὐτόματοι συστῶσι

rum, pectorum. Aër namque admodum frigidus inſpiratus interdum faucium aſperaeque arteriae loca exaſperat atque refrigerat, nonnunquam et toti pulmoni pectorique intemperiem affert, ſaepius vero et ambo haec contingunt modiceque ex his arida tuſſicula vexantur. Quod haec ita ſe habeant, ſignum eſt, ipſos cum ſpiritum attrahunt, ad tuſſim provocari, cum multus ſimul aër ipſis loquentibus et hiantibus et ore ſpiritum ducentibus intraverit, ſed cum per nares attrahunt et aërem externum quiſpiam in aedibus ipſorum calefecerit, tunc aut omnino parum aut nequaquam tuſſiunt. Quocirca et ob nares quidam panniculum ponentes, ita inſpirant, exacerbari tuſſim experti, cum aër externus frigidus multus ſimul membris prius refrigeratis atque exaſperatis obvius fiat. Maxime autem laborioſis febribus id accidere inquit; quas autem laborioſas febres vocet, ignotum eſt, num eas quae ex vehementibus motionibus accenduntur, an eas quae ſponte

τὴν κοπιώδη φέροντας αἴσθησιν. τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα σχεδὸν οὐδὲ παραφυλάττει τὶς ἰατρὸς, οὔτε τῶν νῦν ὄντων οὔτε τῶν ἔμπροσθεν γεγονότων, καίτοι παράδειγμα τὴν Ἱπποκράτους ἔχοντες ἀκρίβειαν, ἣν ἐχρῆν μιμεῖσθαι, τοὺς ἀληθείας ἀντιποιουμένους αὐτῆς δι᾽ ἑαυτὴν, οὐ διὰ δόξαν ἢ χρηματισμόν. ἐγὼ δ᾽ οὖν ἐνόησα ἄμεινον εἶναι τῇ πείρᾳ βασανίσαι τὸ λεγόμενον. τοῖς μὲν (465) ἀπὸ τῶν ἔξωθεν πόνων κοπιώδεσι πυρετοῖς εἶδον ἐπιγινόμενα τοιαῦτα βηχία, τοῖς δ᾽ ἄλλοις οὐ πάντως τι, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς διὰ τοὺς ἔξωθεν πόνους οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τοῖς γε ἐν κρύει κάμνουσι καὶ τοῖς ἐν θάλπει σφοδρῷ καὶ μάλιστα δι᾽ ὁδοῦ κόνιν ἐχούσης, ὥστε καὶ κατὰ συμβεβηκός τι μᾶλλον, οὐ διὰ τὴν κοπιώδη διάθεσιν ἐφαίνοντό μοι βήττειν. τῷ γὰρ τραχυνθῆναι τὰ περὶ τὴν φάρυγγα χωρία, διὰ κρύος ὡς ἔφην, ἢ κόνιν ἢ τὴν ἐκ τοῦ περιέχοντος αὐτοῖς ἐγγενομένην ἄμετρον ξηρότητα καὶ πρὸς τούτοις ἔτι διὰ τὴν δυσκρασίαν τῶν αὐτῶν ὀργάνων οὗτοι βήττουσιν. ἐμάθετε γὰρ ὅτι καὶ διὰ δυσκρασίαν γίνονται βῆχες.

---

laſſitudinis ſenſum inferentes exoriuntur: hujusmodi ſane differentias nullus fere aut noſtrae tempeſtatis medicus aut antiquus obſervat, etſi exemplum Hippocratis habeant, quam imitari eos deceret, qui veritatem ipſam propter ſe, non gloriae aut lucri cauſa conſequi ſtudent. Ego vero, quod dictum eſt, experientia examinare ſatius eſſe animadverti. Laborioſis quidem febribus ab externis fatigationibus artis hujusmodi tuſſiculas accidere conſpexi; aliis vero non omnino. Quin et ipſis febribus ab externis laboribus ortis non ſimpliciter, ſed per frigus aut vehementem aeſtum et maxime in via pulverulenta laborantibus. Quamobrem et ex accidente quodam potius, quam ex laborioſo affectu tuſſire mihi videbantur. Nam propterea, quod faucium loca, ob frigus, ut dixi, aut pulverem aut immodicam ariditatem ipſis ab aëre circumfuſo genitam exaſperata ſint, ad haec etiam propter ipſorum inſtrumentorum intemperiem iſti tuſſi divexantur: ſiquidem et propter intemperiem tuſſes exiſtere alibi didiciſtis.

κη'.

Μηδὲν ὑπερορᾷν, μηδὲν εἰκῇ.

Τοῦτο μὲν καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ λεγόμενόν τε καὶ γραφόμενον οὐδὲν δεῖται πρὸς πίστιν ἢ νόησιν ἑτέρων, ἤτοι προειρημένων ἢ ἐπιφερομένων. ἐνταυθοῖ μέντοι καὶ πάντως προσηκόντως ἐπὶ τῷ προκειμένῳ τέτακται. τὰ γὰρ τοιαῦτα θεωρήματα σμικρὰ καὶ λεπτὰ καὶ οὐδενὸς ἄξια φαίνεται τοῖς πολλοῖς καὶ διὰ τοῦτο ὑπερορῶσιν αὐτῶν, ὥστε μὴ τῷ λόγῳ σκέπεσθαι, μήτε τῇ πείρᾳ περὶ φύσεως τοιούτων πραγμάτων. ὥσπερ δὲ τοῦ μηδὲν [413] δεῖν ὑπερορᾷν παράδειγμά ἐστιν ὁ προειρημένος λόγος, οὕτω καὶ τοῦ μηδὲν προπετῶς, μηδὲ ἀπερισκέπτως συγκατατίθεσθαι, καθάπερ αὐτὸς ἐγὼ κατ' αὐτὴν τὴν πρὸ ταύτης ῥῆσιν ἔπραξα κἂν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις. οὐ γὰρ Ἱπποκράτους μόνον, ἀλλὰ κἂν τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς, οὐχ ἁπλῶς οἷς ἂν εἴποι τις αὐτῶν πιστεύω. βασανίζω δὲ καὶ αὐτὸς τῇ τε πείρᾳ καὶ τῷ λόγῳ, πότερον ἀληθές ἐστιν ἢ ψεῦδος ὃ

XXVIII.

Nihil contemnere, nihil temere.

Id quidem et ipfum per fe dictum et fcriptum nullo alio ex praedictis aut ex fubfequentibus indiget ut intelligatur aut ipfi fides adhibeatur; hoc vero loco omnino appofite ad id, de quo agitur, haec fententia collocata eft. Hujusmodi namque praecepta plerisque exigua, vilia nulloque pretio digna videntur, atque propterea ab ipfis contemnuntur, ut neque ratione neque experientia harum rerum naturam contemplentur. Quemadmodum vero, quod nihil defpicere oporteat, praedictus fermo exemplum eft, ita etiam quod nihil temere, nihil inconfiderate affirmandum fit, ut ego ipfe in oratione, quae ante hanc eft et in aliis omnibus feci. Neque id in Hippocratis folum fcriptis, fed et in aliis omnibus antiquorum libris obfervo, ut non temere, quae quisque ipforum dixerit, approbem; fed experientia et ratione, verumne an falfum fit, quod

γεγράφασιν. ὅσοι δ᾽ ἂν πρὸς ἑνὸς ἑαυτοὺς ἤτοι δούλους ἢ ἐξελευθέρους ἀπεφήναντο, εὐθέως ἅμα τὸ γεγραμμένον εὑρεῖν τε παρ᾽ αὐτῷ, πιστεύουσιν ἀπερισκέπτως τε καὶ εἰκῆ. καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ μάλιστα καὶ τοῖς κοπιώδεσι ξηρὰς γίνεσθαι βῆχας οὔτε ὁποίοις κοπιώδεσιν εἶπεν ἐζήτησαν. ἆρά γε τοῖς ἀπὸ καμάτων τε καὶ τῆς ἔξωθεν ταλαιπωρίας ἢ καὶ τοῖς χωρὶς τούτων ἴσχουσι τὴν αὐτὴν διάθεσιν, οὔτε πότερον ἁπλῶς ἢ καὶ κατὰ συμβεβηκὸς ὁ κόπος αὐτοῖς ἐγένετο. ὅπερ δὲ ἐπὶ τούτων, τοῦτο κἀπὶ μυρίων ἄλλων ἴστε συμβαῖνον, αὐτοῖς τε τοῖς τὰ συγγράμματα γράψασι καὶ τοῖς ἐξηγησαμένοις αὐτὰ καὶ πολὺ μᾶλλον ἔτι τούτου τοῖς ὁσημέραι περιτρέχουσιν ἐν ταῖς πόλεσιν ἰατροῖς, ἀλόγῳ τριβῇ μόνῃ χρωμένοις. καὶ γὰρ ὑπερορῶσι πολλῶν ὡς μικρῶν, οὐκ εἰδότες ὅτι πολλῶν ἐνίοτε σμικρῶν συνερχομένων ἓν ἐξ αὐτῶν κεφάλαιον ἀξιόλογον ἀθροίζεται, προπετῶς τε συγκατατίθενται τοῖς γεγραμμένοις ὑπό τινος ἀνδρὸς, οὗπερ ἂν αὐτὸς ἑαυτὸν ἕκαστος ἀποφήνῃ δοῦλον. εἰ δὲ μὴ τοῦτό τις ποιήσειεν, ἀλλὰ καὶ

fcripferunt, examino. At qui fe unius auctoris doctrinae veluti fervos aut libertinos addixerunt, fimul atque ab eo fcriptum aliquod invenerunt, inconfiderate ac temere credunt. Ut in hoc dicto maxime laboriofis febribus aridas tuffes excitari, neque in quibus laboriofis id fieret, quaefiverunt: numquid ab fatigationibus et externa vexatione, an et citra haec eundem affectum habentibus, neque utrum fimpliciter, an ex accidenti laffitudo ipfis evenerit. Quod vero in his, id etiam in aliis infinitis contingere fciatis et ipfis, qui libros confcripferunt et iis, qui eos interpretati funt et adhuc multo magis illis medicis, qui quotidie in civitatibus circumcurfant, fola irrationabili exercitatione utentes. Multa enim isti velut exigua defpiciunt, nefcientes multis interdum exiguis conjunctis unam ex ipfis fummam haud contemnendam integrari, temereque alicujus viri fcriptis affentiunt, cui ipfe fe ipfum unusquisque fervum tradiderit. Sin autem

ἕτερόν γε τρόπον ἐνίοτε τῷ φανέντι πιθανῷ κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν τῆς φαντασίας συγκατατιθέμενος, ἄνευ τοῦ χρόνῳ πολλῷ σκέψασθαι, καθ' ἑαυτόν τε καὶ μετ' ἄλλων ἀπεφήνατο προπετῶς ὑπὲρ τοῦ σπανίως ὀφθέντος, ὡς πολλάκις ἢ διηνεκῶς φαινομένου· καὶ τάς γε ἐν ταῖς αἱρέσεσι διαφωνίας ἐντεῦθεν εἰκὸς μάλιστα γεγονέναι, δοξοσόφων τε καὶ φιλαύτων ἀνθρώπων τὰ πιθανὰ, χωρὶς τοῦ μετὰ πολλῶν πολλάκις ἀνασκέψασθαι, πιστευσάντων ὑπάρχειν ἀληθῆ. καθάπερ δὲ νῦν ἐπὶ σημειωτικοῦ θεωρήματος ὡς ἐπὶ παραδείγματος ἐποιήσαμεν τὸν λόγον, οὕτω κἀπὶ τῶν θεραπευτικῶν, οὐχ ὑπερορᾷν τινὸς χρὴ τῶν δοκούντων εἶναι μικρῶν, οὔτ' εἰκῆ καὶ ἀβασανίστως πιστεύειν ταῖς εἰρημέναις αὐτῶν δυνάμεσιν, ὡς ἐν τῇ θεραπευτικῇ πραγματείᾳ μεμαθήκαμεν.

κθ.

Ἐκ προσαγωγῆς τἀναντία προσάγειν καὶ διαναπαύειν.

quis id non fecerit, at alio certe modo ei nonnunquam quod primo imaginationis captu verisimile visum fuerit absque longioris temporis et per se et una cum aliis contemplatione assentiens, rem raro visam, perinde ac si plerumque aut assidue conspiceretur, temere celebrat. Atqui sectarum dissidia hinc maxime orta esse par est, hominibus sapientiae opinionem affectantibus, sibique nimium tribuentibus, quae verisimilia visa fuerint, non saepius una cum multis considerata, vera esse credentibus. Quemadmodum vero nunc de significativo praecepto exempli loco sermonem fecimus, ita quoque in curativis nullum eorum, quae pusilla esse videantur, spernendum est, neque temere atque inexplorate dictis ipsorum facultatibus credendum, ut in libris de methodo curandi praecepimus.

XXIX.

Per adjectionem contraria adhibere et interquiescere.

Θεραπευτικὴν σύμβουλὴν καλεῖν ἔξεστί σοι καὶ ὑγιεινὴν αὐτὴν ἐπιδεικνύναι, τό τε μηδὲν ὑπερορᾷν καὶ τὸ μηδὲν εἰκῆ, καθάπερ ἐπὶ παραδείγματός τινος τούτου τοῦ λόγου. τῶν γοῦν ἐθῶν, ὡς μικροῦ παραδείγματος ὑπερορῶσιν ἔνιοι τῶν ἰατρῶν, μηδεμίαν ἀπ᾽ αὐτῶν ἔνδειξιν εἰς διαφορὰν θεραπείας ἡγούμενοι γίνεσθαι, τινὲς δὲ οὐχ ὑπερορῶσι μὲν, ἀπὸ δὲ μοχθηρῶν ἐθῶν ἐνίους ἐπὶ τὰ ἐναντία μετάγειν ἐπιχειροῦντες ἀθρόως, οὐ σμικρὰ σφάλλονται. χρὴ δὲ οὔτε ὑπερορᾷν αὐτῶν οὔτ᾽ ἀθρόως μετάγειν, ἀλλὰ καὶ κατὰ βραχὺ καὶ μετὰ τοῦ διαναπαύειν [414] αὐτούς. διττῶς δέ ἐστι τοῦ διαναπαύειν ῥήματος ἀκοῦσαι. καθ᾽ ἕνα μὲν τρόπον, ἵνα μὴ μόνον τοὐναντίον ἔθος κατὰ βραχὺ μετάγωμέν τινας, ἀλλὰ καὶ μεταξὺ διαναπαύωμεν ὅλην τὴν μεταβολὴν, οἷον ὅταν ἐξ ἀργίας ἄγωμεν εἰς τὰ γυμνάσια, πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν βραχυτάτων ἀρξόμεθα καὶ κατὰ βραχὺ ταῦτα παραυξήσομεν, εἶτα παραβαλοῦμέν ποτε μίαν ἢ καὶ δύο ἡμέρας ἀργάς. καθ᾽ ἕτερον δὲ τρόπον ἐστὶν ἀκοῦσαι τοῦ

Curativum confilium atque falubre hoc tibi appellare licet, Hippocratemque illud, quod prius dixerat, nihil negligere et nihil temere in hoc fermone veluti exemplo declarare. Confuetudines igitur, ut rem pufillam nonnulli medicorum defpiciunt, nullam ab ipfis indicationem, quae medelam commutet, oriri arbitrantes. At alii non contemnunt quidem, a pravis vero confuetudinibus quosdam ad contrarias repente traducere conantes non modico errore tenentur, quandoquidem neque ipfas negligere, neque ftatim traducere convenit, fed paulatim et ipfos interquiefcere permittendo. Bifariam autem verbum *interquiefcere* intelligere poffumus: uno quidem modo ut non folum in contrariam confuetudinem paulatim aliquos transferamus, fed et antequam univerfa mutatio facta fit, inter mutandum quiefcamus, ut quando ex otio ad exercitationes convertimus, primum quidem a breviffimis incipiemus, atque paulatim has adaugebimus; deinde nonnunquam unum vel etiam duos otiofos dies interponemus; altero modo

διαναπαύειν, ὡς ἀντιδιῃρημένου τῷ προσάγειν. ἵν᾿ ἐφ᾿ ὧν μὲν οὐκ ὂν ἔμπροσθεν ἔθος ἐμποιῆσαι βουλόμεθα, προσάγωμεν αὐτὸ κατ᾿ ὀλίγον, ἐφ᾿ ὧν δὲ τὸ πρότερον ὑπάρχον καταλῦσαι, κατὰ βραχὺ πάλιν ἐπὶ τούτων ἀναπαύωμεν.

λ'.

Τῷ ὄπισθεν κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα ὠφέλησεν.

Οἱ παλαιότεροι τῶν ἐξηγητῶν ὠφέλησεν ἐπὶ παρεληλυθότος χρόνου γεγραμμένον ἐπίστανται. καί φασί γε τὸ μὲν ὠφελεῖ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς γεγράφθαι, καθολικὴν ἀπόφασιν ἐν τούτοις ποιησαμένου τοῦ παλαιοῦ. τὸ δ᾿ ὠφέλησεν ἐνταῦθα πρὸς ὑπόμνησιν αὐτῷ γεγραφότος ἐπί τινος ἑνὸς, ἵνα ὅταν ἐπὶ πολλῶν πειραθῇ τοῦ βοηθήματος, ἀποφήνασθαι τολμήσῃ καθόλου περὶ αὐτοῦ. δῆλον δ᾿ ὅτι

haec vox, *interquiefcere*, intelligenda eft, tamquam illi verbo, *adhibere*, contraria fit; ut in quos, quae prius haud inerat, confuetudinem inducere volumus, ipfam paulatim inducamus: a quibus vero prius fervatam removere, paulatim rurfum et iftos quiefcere, hoc eft definere jubeamus.

XXX.

Pofteriora capitis dolentem in fronte recta vena incifa juvit.

Veteres interpretes hoc verbum, *juvit*, in tempore praeterito fcriptum agnofcunt dicuntque in aphorifmis, *juvat*, in praefenti tempore fcriptum effe, antiquo magiftro in eo volumine communem fententiam pronuntiante. Hoc autem loco eum ad propriae memoriae praefidium de uno quodam, *juvit*, fcripfiffe, ut poftea, cum in multis hoc remedium expertus effet, ipfum in univerfum promulgare auderet; conftat autem remedium hoc locale effe

καὶ τοπικόν ἐστι τὸ βοήθημα τοῦτο καὶ ἀντισπαστικὸν ἐπὶ τἀναντία. τὴν δὲ ὀρθὴν ἐν μετώπῳ φλέβα καὶ πρὸ τῆς ἀνατομῆς ἐναργῶς ἐστὶν ἰδεῖν, ἡ δὲ ἀνατομὴ συῤῥεῖν ταῖς ἑκατέρωθεν αὐτὴν ἐπιδείκνυσιν. οὐκ ὀρθῶς οὖν ἔνιοι περὶ τῆς τομῆς ᾠήθησαν λελέχθαι τὸ ὀρθίη. οὐ γὰρ διὰ τὸ σχῆμα τῆς τομῆς ἡ ὠφέλεια γίνεται τοῖς ὀδυνωμένοις, ἀλλὰ διὰ τὴν κένωσιν τοῦ αἵματος.

λα'.

Αἱ διαδέξιες τῶν ὑποχονδρίων, ἐξ οἵων εἰς οἷα καὶ ἄλλαι καὶ τῶν σπλάγχνων τῶν φλεγμονῶν οἷα δύναται, εἴτ' ἐξ ἥπατος σπλὴν καὶ τἀναντία καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Οὐ μόνον ἐξ οἵων καὶ ἄλλαι γεγραμμένον εὑρίσκομεν, ἀλλὰ καὶ ἐξ οἵων οἷα ἀλλοιοῦσι καὶ ἐξ οἵων οἷα ποιοῦσι· καὶ τὴν μὲν πρώτην γραφὴν οἵ τε παλαιοὶ τῶν ἐξηγητῶν ἴσασι καὶ Ῥοῦφος. τὴν δ' ἐξ οἵων οἷα ἀλλοιοῦσιν, οἱ περὶ Σαβῖνον καὶ Διοσκορίδην. τὸ δ' ἐξ οἵων οἷα ποιοῦσιν οἱ

et ad contraria revulforium. Rectam autem in fronte venam et ante diffectionem evidenter confpicere licet; iftam vero una cum illis, quae utrimque adjacent, confluentem effe diffectio oftendit. Haud bene igitur quidam hanc vocem, *recta*, de incifione dictam effe autumant, neque enim propter fectionis figuram, fed propter fanguinis effufionem dolentibus utilitas affertur.

XXXI.

Exceptiones praecordiorum, ex quibus et alia et vifcerum inflammationum, qualia poffunt, five ex jecore lien et e contrario et quaecunque hujusmodi.

Non folum ex qualibus et aliae fcriptum invenimus, fed etiam, ex qualibus qualia alterant et ex qualibus qualia faciunt. Ac primam quidem lectionem enarratores agnofcunt et Rufus; hanc vero, ex qualibus qualia alterant, Sabini Diofcoridisque fectatores; Lyci autem

περὶ τὸν Λύκον. ἔστι δὲ τῆς παλαιᾶς γραφῆς ἡ διάνοια καθολικόν τι διδάσκουσα, τῶν δ' ἄλλων, ἐν μέρει. περὶ γὰρ τῶν καθ' ὑποχόνδριον διαδοχῶν ἀποφαίνονται μόνον, οὐ περὶ πασῶν. ἄμει- (466) νον δὲ ἐν οἷς ἐγχωρεῖ καὶ ἀληθές ἐστι, τὸ καθόλου μᾶλλον ἡγεῖσθαι διδάσκειν αὐτὸν οὐ τὸ κατὰ μέρος. ὁ μὲν οὖν καθόλου λόγος ἐστὶ τοιοῦτος. [415] τὰς δὲ διαδοχὰς ἐπισκέπτεσθαι προσήκει, τάς τε καθ' ὑποχόνδριον καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας, ἐξ οἵων γίνονται παθῶν ἢ μερῶν εἰς οἷα μέρη τε καὶ πάθη, καθάπερ ἐφ' ἥπατός τε καὶ σπληνός. αὐτὸς γὰρ ἐμνημόνευσε τούτων ἕνεκα παραδείγματος, εἰδότων ἡμῶν ἐπικινδύνους μὲν εἶναι τὰς εἰς ἧπαρ ἐκ σπληνὸς, ἀκινδύνους δὲ καὶ πρὸς ἀγαθοῦ μᾶλλον, ὅσαι διαδοχαὶ νοσημάτων ἀφ' ἥπατος εἰς σπλῆνα γίνονται. πάντα δὲ τὰ περὶ τῶν ἀποστάσεων ἅς τε ἡ φύσις εἴωθε μόνη ποιεῖσθαι καθ' ἑαυτὴν, ἅς θ' ἡμεῖς ἢ μετ' ἐκείνης ἢ μόνοι, κατά τε τὸ περὶ χυμῶν καὶ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν προεξήγημαι. καὶ ἄλλαι δέ τινές εἰσι γραφαὶ παρ' ἃς ἔγραψα, κατά τε τήνδε καὶ πολλὰς ἄλλας ῥή-

difcipuli, ex qualibus qualia faciunt. Sed antiquae lectionis fententia commune quoddam edocet, aliae vero privatum: de exceptionibus enim folum, quae in praecordiis fiunt, non de omnibus loquuntur. Satius eft autem, ubi fieri poteft, verumque eft arbitrari Hippocratem commune potius, quam privatum documentum tradere. Communis itaque fermo talis eft: exceptiones autem confiderare convenit et in praecordiis et in aliis omnibus membris ortas, ex quibus affectibus aut locis, in quos affectus et loca fiant, ut in jecore ac liene. Ipfe enim iftorum exempli caufa meminit, nobis fcientibus ex liene in jecur exceptiones periculofas effe, difcrimine autem vacare, potiusque utiles effe, quaecunque morborum tranfumtiones ab jecore in lienem fiunt. Omnia vero, quae ad abfceffus pertinent et quos natura fola per fe, quosque nos aut una cum ipfa moliri confuevimus et in libro de fuccis et in fecundo de morbis popularibus fuperius explanavimus. Aliae quoque lectiones funt praeter eas, quas in hoc et

σεις. ἀλλ' ἐγὼ κατ' ἀρχὰς εὐθέως ὀλίγων ἔφην μνημονεύειν ἐξηγήσεών τε καὶ γραφῶν, ὅπως μὴ πολλὰ γίνωνται τὰ τοῦ προκειμένου γράμματος ὑπομνήματα.

λβ'.

Ἀντισπᾷν, ἢν μὴ ᾗ δεῖ ῥέπῃ, ἢν δὲ ὅπῃ δεῖ, τουτέοισι δεῖ στομοῦν, οἵως ἕκαστα ῥέπῃ.

Ἔμαθες ἤδη καὶ περὶ τούτων, ὡς ἀκτέα μέν ἐστιν ᾗ ῥέπει τῶν συμφερόντων χωρίων, ἀποτρεπτέα δὲ καὶ ἀντισπαστέα τὰ μὴ καλῶς ῥέποντα. τὸ δὲ στομοῦν εἴρηκε νῦν οὐχ ὡς ἐπὶ τῶν ἀποσκημμάτων εἰώθαμεν λέγειν, ἀντὶ τοῦ διελθεῖν σμίλῃ, γενικώτερον δὲ τούτου, καθὸ καὶ τὸ ἀναστομοῦν περιέχεται καὶ φλέβας ἡμῶν ἀναστομούντων ἐν αἱμοῤῥοΐσι καὶ τὰς διὰ ῥινῶν ἢ μήτρας κενώσεις. καί τινας σύριγγας ἐκ χρόνου μὲν ἱκανοῦ συνήθεις, ἐστεγνωμένας δὲ κατά τινα καιρόν. καὶ δι' ὤτων δέ τινος ἐκκαθαιρομένου

in aliis multis locis adſcripſi; ſed ego initio ſtatim me paucas interpretationes lectionesque memoraturum eſſe promiſi, ne hujusce libri fierent commentaria.

XXXII.

Revellere, ſi, quo non oportet, vergat; ſin autem, quo oportet, his oportet aperire, quemadmodum ſingula vergunt.

Alias jam et haec didiciſti, ducenda plane eſſe, quo vergunt, per convenientes regiones; avertenda autem atque revellenda, quae non bene vergant. Aperire autem dixit nunc, non ut in abſceſſibus dicere conſuevimus, pro eo quod eſt ſcalpro dividere; ſed in communiori ſignificato accipitur, ſub quo recludere continetur, et venas nobis in mariſcis et venas naſi atque uteri, quum per haec itinera evacuamus, recludentibus et fiſtulas aliquas ſatis longo tempore patere conſuetas, ſed aliqua de cauſa

συνήθως τὰ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, ἐπισχεθείσης ἀθρόως τῆς κενώσεως ἰλίγγου καὶ σκοτώσεων ἐπιγενομένων, ἐρεθίσαντες ἐπ' ὦτα διὰ τῶν ἀναστομωτικῶν φαρμάκων, εἴδομεν εὐθέως ὠφεληθέντα τὸν ἄνθρωπον.

λγ'.

Τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα, οἷα Σίμων εἶχε χειμῶνος, ὃς ὅτε πρὸς πῦρ ἀλείψαιτο ἢ θερμῷ λούσαιτο, ὠνίνατο, ἔμετοι οὐκ ὠφέλεον, οἴομαι, εἴ τις ἐξεπυρία, ὀνίνασθαι ἄν.

Ὡς ἐπὶ φυμάτων εἴπομεν ὅσα ὑπὸ θερμοῦ γίνονται χυμοῦ, ταχὺ κρίσιμά τε εἶναι καὶ ἥκιστα πλατέα, τὰ δὲ ὑπὸ ψυχροῦ πλατέα καὶ χρόνια. κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπίστασθαι χρὴ καὶ περὶ τῶν ἐξανθημάτων. οὐ γὰρ ὅλῳ τῷ γένει διαφέρει τῶν φυμάτων, ἀλλὰ τῇ ποιότητι τοῦ γεννῶντος αὐτὰ χυμοῦ. γεννῶνται δὲ καθαιρούσης τὸ βάθος

obftructas. Et aliquo per aures cerebri purgamenta ejicere folito, fi repente evacuatio fuppreffa fit ac proinde vertigo oculorumque tenebrae fupervenerint, fi ad aures materiam per aperientia medicamenta incitemus, ftatim hominem fublevatum noverimus.

XXXIII.

Laetae puftulae non admodum pruriginofae, quales Simon hieme habebat, qui quum ad ignem inungeretur aut calida lavaretur, juvabatur. Vomitus non juvabant. Puto, fi quis calida fomenta adhibuiffet, utilitatem percepiffet.

Ut de tuberculis dicebamus, quaecunque ex calido humore nafcuntur, celeris videlicet ea judicationis effe, ac minime lata; ex frigido vero, lata atque diuturna: eadem ratione et de puftulis differendum eft; neque enim toto genere, fed humoris ipfas generantis qualitate, at tuberculis differunt. Egerminant autem natura corporis

